Scholia Ioãnis Arborei

LAVDVNENSIS IN POR-
phyrium de quinque vocibus, ex
Ariſtotele, Boëtio, Ammonio, Iaco
bo Fabro, & alijs eruditis autoribus
collecta, ab aliquot nuper repurgata
mẽdis, & opulẽtiſſimè locupletata.



PARISIIS.
Apud Simonem Colinæum.
1543

DOCTISSIMO VIRO SA-
críꝗ eloquij cultori diligentiſſimo,Hen-
rico Senaulio,Decano Roſetenſi,Ioãnes
Arboreus Salutem dicit.

SAepius animo diſquiſiui quônam
officiorum genere tuis in me col
latis beneficijs gratiã remetirer:
& me tibi inter amicos adaman-
tino fœdere copulatiſſimo obſe-
quioſiſſimũ redderẽ. Idꝗ cæpi citra aſſenta-
tionem omnibꝰ vijs perueſtigare. nec defuit
volũtas,q̃uis inermes & pauxillulę animi vi
res omni conatu refragarẽtur: quandoquidẽ
tacita nunq̃ me tui ſubijt obliuio: nũq̃ etiam
præclarę tui animi virtutes, quibus lõge cæ-
teris antecellis.tametſi varijs curarũ fluctibꝰ
obrutus fuerim, à noſtra arctiſſima amicitia
exciderunt.Non enim te latet vir modeſtiſſi
me,verũ amicitiæ ſpecimen ſeiũctis ab ami-
co ocellis minimè fieri humilius & abiectiꝰ.
nec vniꝰ ab altero digreſſu labefactari: quin
potius ad ipſum eximijs animi picturis pellu
cidiùs eniteſcere. Cæterum cum inſignis illa
tuarũ virtutũ amplitudo(quam nullo tẽpo-
tis interſtitio obliterari, nullóꝗ fortunæ ro-
tatu ac ſenio interire contenderim) ab ipſa
ephebia præclaris naturæ dotibus & ignicu-
lis illuſtrata nobilior excreuerit, & in tuam
(qua inſigniris)dignitatem adoleuerit, ope-

 18

rępretiũ duximus tuis officioſo quodã litera rum munere gratulari & adblandiri virtutibus, quæ non mediocriter accenderunt animũ vt noſtris ſtudijs in publicũ prodirem⁹. Porro candida in amicos beneuolentiæ propẽſio,& ſpectata tantæ probitatis perfectio, morúmq́ integritas abſolutiſſima ſomnolentas & torpẽtes mei ingenioli vires (quæ vix audent ob caninos oblatrantiũ morſus aſpide nocentiores in apertũ proſilire)acrius extimulauit:vt ſi quid ſub earum neruulis vtile deliteſceret quod tibi obſequendo gratulari poſſet,&tuum in me fauorẽ propẽſius demulceret,tuo adiutum patrocinio,in lucẽ efferretur,proderétq́ è tenebris intrepidũ : & eo iucũdius,vt quo maius adiumentũ ad ingenuas diſciplinas anhelantibus ſuppeditet, æquiúſq́ conſulat , eo minus pertimeſcat in publicam lucem euentilari.Hac itaq́ præcinctus audaciũcula,veriùs forſitan temeritate, ſum auſus ex noſtris arbuſtulis hunc inter cæteros florem meis diſcipulis aliíſq́ politioris literaturæ amantiſſimis diſpergere : quem ſi mira cum quadã voluptate cupidius olfecerint,putẽt ſe ad rectam prædicabilium intelligẽtiam,fragrantiſſimos Boëtij, Ammonij, Rodolphi Agricolæ,Iacobi Fabri Stapulenſis,Iodoci Clichtouei Neoportuenſis flores: quibus noſtrum odoratiorem, & emũctis naribus multo placidiorem compinximus,olfe

ciſſe. Et ne aliorũ plumis adornatus cornicari videar, mihíq́ insolentius præclara aliorum monimenta arrogare: ſolum velim in his floribus commode ſelectis beneuolũ lectorẽ citra quaſdam obiectiunculas noſtro magis q̃ alieno marte procuſas, diligẽtiæ blandiri. Illis autem eruditis authoribus pro ſuis inuentis ſummam cũ omni humanitatis obſequio referre gratiam: qui ab incultis & ſalebroſis Barbarorum faucibus ingenuos adoleſcentes ad honeſta philoſophiæ ſtudia, & optima quęque ediſcenda bene natos auocantes, eóſque à ruſticis, illepidis, & hircoſis matæotechnorum literis, necnon Labyrintheis logodædalorum ſedibus deterrentes, ſumma diligentia indefeſſóque labore bonas literas verámque philoſophiam iuuerunt. & quæ liberos homines decent, quæ've commendatione digna ſunt: non manuum, ſed diuini ingenij artificio perfecerunt. Cum igitur literatorum amantiſſime ad fouendum humaniores diſciplinas te nouerim propénſiorem: ne turpiſſima ingratitudinis nota plecterer, tuíq́ nominis me præſtarem immemorem: hoc tibi munuſculum qualecunque fuerit dicandum cenſui: quod ſi eo animo ſuſceperis, quo tibi deditiſſimus obtuli, dum nobis bonæ literæ felicius arriſerint, maiora & longe grauiora ſub tuis auſpicijs moliemur.

Bene Vale.

Vtiliſſima Ioannis ARBOREI LAVDVNENſis in Porphyrium de quinq; uocibus Scholia.

¶De prædicationibus, Scholia.

CVm perfecta prædicationum intelligentia plurimum conferat ad dinoſcendam Porphyrij de quinque uocibus lucubrationem, facturus operæpretium exiſtimaui nonnihil de ipſis hoc in limine perſtringere, priuſquam ad illas uoces ſeriatim exponendas animum conuertam. Primum prædicationis diffinitionem ex eruditis bonarum literarum authoribus depromptam, noſtris auſpicijs accommodabimus. Deinde prædicationem in aliquot membra diſſecabimus. ¶Prædicatio, eſt alicuius de aliquo uerificatio, id eſt, eſt prædicati de ſubiecto uera & affirmatiua enuntiatio: ut homo eſt animal. & mediante copula præſenti potiſſimum fieri debet. Nam ab ea ſumitur præcipuum prædicationis iudicium. Quare has à prædicatiõe propoſitiones ſeiungi oportebit, homo eſt aſinus, homo non eſt lapis, homo fuit currens. prima equidem eſt falſa, & à diſciplinis prædicationum formulæ copulatis, falſum amputatur: cũ ex labore Porphyriano prædicationem logicæ diſciplinæ accommodam,

falſam intueri non licet. Nam *unaquæque uox* Porphyriana, *præter* accidens, *de minus communi aut æquo prædicatur.* Quòd *ſi huiuſmodi introductoriæ ad prædicamenta arti, falſum annectet*ur, *parum aut nihil ueritatis commoditatíſque ſibi categoriarum intelligentia nanciſceretur.* ſecunda non eſt affirmatiua: & prædicabilis de ſuo ſubijcibili enuntiatio debet eſſe affirmatiua, aliter non prædicaretur genus aut ſpecies de ſuo ſubijcibili, aut quodlibet aliud prædicabile. Sed quòd ita dici uerum, fidem ſtudioſis facit Porphyrius, & ita exiſtimandum cenſet. Tertia non conficitur copula præſenti, quæ ad prædicationem obſeruanda eſt. ¶Obijcies: hæc eſt prædicatio, homo eſt inanimis, & tamen non eſt alicuius de aliquo uerificatio: igitur. ¶Reſpondebis negando maiorem, ſi probes in hunc modum: eſt prædicati de ſubiecto enuntiatio, ergo eſt prædicatio. Neganda eſt conſequentia: non enim prædicatio in diſciplinis ſumitur late, pro illa quæ eſt prædicati de ſubiecto enuntiatio, ſiue uera ſiue falſa, affirmatiua aut negatiua. Nam Porphyrius de prædicatione loquitur proprijs ſuæ introductionis & formulæ terminis conſtituta, uideliæt ſubijcibili & p̄dicabili: modo liquido conſtat hominis prædicabile non eſſe inanime. Sed prædicatio hic preſſe ſumitur: & à prædicabili, non autem à prædicato ſortitur denominationē. In hac conſequētia, eſt prædicati de ſubiecto enūtiatio, ergo eſt prædicatio, argumētaris à cōmuniori ad minus cōe. Oīs enim p̄dicatio eſt p̄dicati de ſubiecto enūtiatio, &

nõ ediuerſo. ❡ *Iterũ obijcies: hæc eſt p̃dicatio, homo eſt animal: & tamen non eſt prædicati de ſubiecto uerificatio, igitur. minor probatur; non eſt terminus qui de aliquo uerificetur, igitur non eſt uerificatio, conſequẽtia nihil prauitatis continere uidetur.* ❡ *Reſpõdetur cõcedendo illã propoſitionẽ eſſe p̃dicationẽ. & negandum eſt hãc conſequentiã dici bonam: non eſt terminus qui de aliquo uerificetur, ergo non eſt uerificatio. Nam uerificatio hic nõ ſumitur pro termino qui uerificatur, ut in protritis diſciplinis, ſed pro uera & affirmatiua prædicati de ſubiecto enũtiatione.* ❡ *Cũ de unaquaq; prædicatiõe ſciſcitari poſſumus, Quæ ſit, Qualis, aut Cuius: ideo adnotabimus tria prædicationis quæſitiua, Quæ, Qualis, Cuius. Quæſtioni factæ per quæ, reſpondendũ eſt ꝙ talis prædicatio eſt eſſentialis, aut accidẽtalis. ut interrogãti, Quænã eſt hæc prædicatio: homo eſt animal? reſpondetur, eſſentialis. Et percõtãti, Quænã eſt hæc prædicatio, homo eſt bonus? reſpondetur, accidentalis. Nam hoc quæſitiuũ quæ, quærit an prædicatio ſit eſſentialis, an accidentalis. Quæſtioni factæ per qualis, reſpondendũ eſt ꝙ eſt propria aut impropria. ut interroganti, Qualis eſt hæc prædicatio: homo eſt animal? reſpondetur, propria. Et ſi interroget, Qualis eſt hæc prædicatio, animal eſt homo? reſpondetur, impropria, & à Porphyrio reiecta. Nam hoc quæſitiuum Qualis, interrogat an ſit propria uel impropria. Ad interrogationem factam per Cuius, reſpondendum eſt quòd eſt generis de ſuo*

ſubijcibili,aut ſpeciei aut differētiæ, ꝓprij,aut accidentis:uel nullius p̄dicabilis, ut interrogāti cuius p̄dicabilis eſt hæc p̄dicatio,hō eſt aīal? reſpōdetur, generis de ſua ſpecie. Et *ſi interroget curioſe, cuius prædicabilis eſt hæc prædicatio,* Socrates *eſt riſibilis? reſpōdetur,nullius.* Nā *hoc quæſitiuū* Cuius,*interrogat an generis,ſpeciei,differētiæ,ꝓprij;aut accidētis.* De *iſtis interrogationibus ita diſſerūt* Faber *&* Clichtoueus.*ſed multis uidetur ad īterrogationē factā p hoc ſignum,*Quæ,*in p̄dicationis negotio nō eſſe reſpōdendum eſſentialis uel accidētalis:ſed potius,ꝓpria uel īpropria.* Et *ad interrogationē factā p hanc notā,*Qualis,*reſpondendū eſſe eſſentialis uel accidentalis,ſed hæc omitto.* ¶Poſtq̄ *prædicationē diffiniuimus, eā ſuis ſignificatis cōmunem partiri iuuabit.* Prædicatio *in eſſentialē & accidētalē diducitur.* ¶Prædicatio *eſſentialis, eſt prædicatio cuius neutrū extremorū quicq̄ connotat extrinſecè ſupra reliquū:niſi unius connotatio fuerit alterius connotatione cōmunior.* Exēplum:*homo eſt animal:nullius enim eſt extremi connotatio, alterius connotato extrinſeca,cū nullū extremorū cōnotet extrinſecè.* Similiter *hæc prædicatio, hō eſt rationalis:differentiæ de ſuo ſubijcibili.* Nā *licet prædicatū cōnotet,non tamen extrinſecè,ſed intrinſecè, ut paſſim iactatur.* Exemplū *poſterioris particulæ, albū eſt coloratū:nam eſt generis de ſpecie prædicatio,igitur eſſentialis.* Et *licet prædicatum connotet extrinſecè ſupra reliquum,ut uulgo dicitur,tamen illa erit eſſentialis, quia prædicati connotatio*

eſt ſubiecti connotato cõmunior. Nam multo pluribus conuenit color q̃ albedo. Prior definitionis datæ particula datur pro prædicationibus, quarum prædicata ſunt ſubſtãtialia: qualia ſunt animal, homo, rationale. Et poſterior pro illis quarum prædicata ſunt accidẽtalia. In quibus nõnunquam reperitur connotatio cõmunior & minus cõmunis. Nonnulli authores etiã eruditi, ultimæ particulæ nõ meminerunt: nec tamen eorũ definitio eſſet ſterilis, quia intelligenda eſſet illa definitio de prædicationibus quarũ prædicata ſunt ſubſtãtialia. ¶ Adnotabis ꝓ connotatione extrinſeca, quid ſit connotare ſeu denotare extrinſece. ¶ Connotare extrinſece, eſt ultra id ꝓ quo terminus ſupponit, quãtitatẽ, ad aliquid, qualitatẽ, aut alicuius prædicamẽti accidẽtariam rationẽ deſignare. ut bipedaneum, ultra id pro quo ſupponit, quantitatem deſignat: pater ad aliquid. Nam patris ratio formalis, eſt quodã modo ſe habere ad aliud, puta filiũ. Albũ deſignat qualitatẽ. Nam ultra id pro quo ſupponit, albedinem quæ eſt qualitas denotat. ¶ Perpendes omnem terminum in accidentis prædicamento proprie collocatum extrinſece denotare. At ubi alicuius prædicamenti accidẽtis rationẽ non ingredietur, ſed ſubſtantiæ: ſignũ erit talẽ terminũ non cõnotare extrinſece, cũ nec quantitatẽ, nec ad aliquid, nec qualitatẽ, & ſic de ſingulis accidẽtiũ rationibus, deſignabit. ¶ Contendes, iſtius prædicationis, albũ eſt coloratũ, prædicatũ ultra idipſum pro quo ſupponit, qualitatem deſignat: & tamen non connotat extrinſece, igitur

data de connotatione extrinſeca definitio eſt inutilis.Minor probatur:ſi cõnotaret extrinſecè, aut ſupra ſubiectũ uel non.Primũ improbo: nullum accidens aut dicibile accidentis,connotat extrinſecè ſupra reliquum,cuius ratio & cõnotatio adeo alteri eſt copulata & inuoluta, ꝙ ab eo diuelli nõ poteſt: ſed ratio formalis colorati ſeu cõnotatio quæ eſt color,ſic eſt in albi ratione inuoluta & copulata, ꝙ ab ea diſiungi nõ poteſt,ergo coloratũ minime denotat extrinſecè ſupra reliquũ. Maior probatur:id uidetur cõnotare ſupra reliquum extrinſecè, quod aliquid denotat extra alterius rationẽ, ſic ꝙ ab eo ſeparari poſſit,ut uidemus de albo ad hominem,cuius ratio formalis,quæ eſt albedo, poteſt ab homine ſeparari.¶Reſpondetur concedendo illius prædicationis prædicatum connotare extrinſecè ſupra ſubiectũ.Et q̃uis maior aſſumpti argumenti nonnihil uigoris habeat,ipſa tamen eſt neganda. Nam hic non ſumitur connotare extrinſecè pro eo quod denotat aliquid poſſe ab eo,cui accidit aut ineſt ſeparari: alioqui riſibile non denotaret extrinſecè, ſed cõnotare extrinſecè ſumitur ut dictũ eſt,& diſtinguitur ab eo quod ſubſtantiam & rationẽ ſubſtantiæ ſignificat: & nihil denominationis p̃dicamenti accidentis deſignat.Quare differentia ſpecifica, ut rationale,nihil extrinſeci denotat,cũ tantũ ſubſtantiæ partem appellet. Et Boëtius æditione ſecunda in Porphyriũ capite de proprio,dicit genus & differentiam monſtrare ſubſtantiam ſpeciei, licet Ariſtoteles dicat quinto Metaphyſicæs,capite uigeſimo-

octauo generis qualitatē eſſe differentiam,non quidem accidentariā & aduentitiā, ſed ſubſtātialem, & ut ita dicā informatricē.¶*Si ſuccinctam requiras prædicationis eſſentialis definitionē,hanc tibi relinquam:prædicatio eſſentialis, eſt prædicatio in qua de inferiori ſuperius prædicatione, p̄dicatur: & hæc definitio ſecundū Porphyrianā eruditionē traditur.Nec putes iſtā eſſe eſſentialē, ſenſibile eſt intelligibile,q̄uis p̄diætur magis cōmune de minus cōmuni.quia non p̄dicatur ſuperius prædicatione, de inferiori.Voco ſuperius p̄dicatione, quod in eodem collocatur p̄dicamento,in quo inferius, ut animal homine eſt ſuperius. Nec perueſtigandum puto cupidius,ſuperius ſignificatione aut ſuppoſitione,à uulgarib⁹inculcatū,modo intelligibile & ſenſibile non ſunt in eodē p̄dicamento:quia intelligibile uniuerſaliter p̄dicatur de tranſcendēte, ſi ita loqui per mittatur.Nec arbitreris idē eſſe magis cōmune & ſuperius.nā nutriri eſt magis cōmune q̄ animal, eo ꝙ plura ſignificat,& tamē nō eſt eo ſuperius: cum ſit accidēs animalis:ſaltem ſumendo accidens ꝓ eo quod ineſt alicui,ut uno ſignificatu ſumit Ariſt.5. metaphy.c.30.& nō indicat quod quid eſt.*¶*Prædicatio accidentalis eſt,p̄dicatio cuius aliquod extremorū nōnihil extrinſecæ cōnotat ſupra reliquū, & unius cōnotatio nō eſt ſuperior alterius connotatione,ut homo eſt albus . Nam p̄dicatū connotat albedinē extrinſecæ ſupra ſubiectum abſolutum.& unius cōnotatio non eſt ſuperior alterius connotatione,quia ſubiectū nō connotat . Interdū ſubiectū*

cõnotat extrinſecæ ſupra prædicatum abſolutũ: ut calidus eſt homo, ſed talẽ putes eſſe indirectam, & improbã prædicationẽ. Nonnunquã utrunq; extremũ connotat extrinſecæ & illorum cõnotationes ſũt impertinẽtes, ut albũ eſt dulce. Vltima illi adiecta definitioni particula dimouet hanc à prædicatione accidẽtali, album eſt coloratum. Nam licet utrũq; extremorũ extrinſecæ cõnotet, tamen unius connotatio eſt alterius cõnotatione ſuperior. ¶Noſcito prædicationẽ eſſentialẽ & accidentalem quinque prædicabilia cõplecti: genus ſpecies & differẽtia, prædicationem eſſentialem conſtituunt: propriũ & accidens, accidentalem. ¶Secũda prædicationis diſſectio. Prædicatio partitur in propriã & impropriã. Prædicatio propria, eſt alicuius prædicabilis de ſuo ſubijcibili prædicatio: ut homo eſt animal: nam eſt prædicatio generis de ſua ſpecie. Socrates eſt homo, ſpeciei de indiuiduo: homo eſt rationalis, differentiæ de ſpecie: homo eſt riſibilis, proprij de ſuo ſubiecto homo eſt albus: accidentis de ſubiecto. Et datur definitio proprijs logicæ diſciplinæ terminis conſtituta: ſciliæt ſubijcibili & prædicabili, qui adinuicẽ referũtur: ſicut pater ad filius. Nam nihil dicitur prædicabile, niſi de aliquo, ſciliæt ſubijcibili ſit prædicabile. Nec dicitur ſubijcibile, niſi prædicabilis. Si enim prædicabile ſit, aliquid eſt ei ſubijcibile. cum ratio illius formalis quodammodo ſe habeat ad ſubijcibile. Et ſi ſubijcibile ſit, aliquid eſt quod de eo eſt prædicabile. Et non ſolum iſti duo termini ſubijcibile & prædicabile,

ad ſeinuicem referuntur: ſed unumquodque ſpecialium prædicabilium ad ſuum ſubijcibile: ut ſequēs formula deſignabit.

Subijcibilia	Prædicabilia
Species, Indiuiduum	Genus
Indiuidua	Species ſpecialiſſima
Species indiuidua	Differentia
Species, Indiuiduum	Proprium
Subiectum	Accidens

¶Et quãuis genus ſubalternum ut animal, ſit ſubijcibile corporis animati: nõ tamen quatenus genus, ſed quatenus eius ſpecies. Similiter ſpecies ſpecialiſſima, ut homo, bene ſubijcitur animali, non tamen quatenus prædicabile. Et nihil officiet quin eadem uox ſit ſubijcibile & prædicabile, diuerſa tamen ratione: ut homo eſt ſubijcibile ſui generis, differentiæ & proprij: & eſt Socratis, Platonis, prædicabile. ¶Arbitrandũ non eſt omne ſubijcibile eſſe ſuo prædicabili minus cõmune & inferius. Nã homo, eſt viſibilis ſubijcibile, & tamen nõ eſt eo inferius. Pariter homo eſt albi ſubijcibile, & tamen non eſt eo inferius, ſed illi impertinẽs. Sed aliquid alterius eſt ſubijcibile, quatenus aliquod prædicabile de eo prædicatur nõnihil includẽs illi accommodatũ. Aliquod eſt ſubijcibile ſecundũ ſubſtãtiã, quod prædicabili ſecundũ ſubſtantiã eſt inferius, ut homo animali. Eſt & aliquod ſubijcibile prædicabili accidentario, quod quatenus ab eo denominationẽ quandã recipit, ei eſt ſubijcibile. Nec oportet iſtud eſſe infe-

rius & minus cõmune accidẽte aut ꝓprio, ut homo, riſibilis & albi eſt ſubijcibile, nõ tamẽ propinquũ accidentis ſed indiuiduum. ¶ *Generatim cognoſces prædicationẽ propriã, cũ aliquod prædicabile, aut genus aut ſpecies, differentia, ꝓprium aut accidens de ſuo ſubijcibili prædicatur. Vocat propriam & ſimpliciter ꝑdicationẽ Porphyrius, quãdo maiora de minorib⁹, aut æqua de æquis prædicãtur. æquũ de æquo, quãdo propriũ quarto prædicatur de ſpecie cuius eſt: ut equus eſt hinnibilis, & non cõtrà.* ¶ *Prædicatio propria aliter ab ijs qui uulgares curant diſciplinas definitur. Et in hunc modum, Prædicatio propria, eſt prædicatio in qua ſuperius de inferiori, aut cõnotat[illegible] abſoluto, aut magis connotatiuũ de minus [illegible]otatiuo prædicatur. Hæc autẽ definitio ex terminis huic diſciplinæ impropriijs & impertinẽtibus cõficitur. qui ſunt abſolutũ, cõnotatiuũ & magis cõnotatiuũ: de quibus nec Ariſto. nec Porphy. loquitur, nec ullã nobis de illis definitionẽ reliquit. Exẽplum primæ particulæ definitionis: homo eſt animal. Exẽplum ſecũdæ: homo eſt albus. Tertiæ: bicubitum eſt æquale. Nam prædicatũ duorũ prædicamentorũ rationes, ſcilicet q̃titatis & ad aliquid deſignat: ſubiectũ uero ſoli⁹ q̃titatis rationẽ. Ita & in iſta, albũ eſt ſimile, prædicatũ, qualitatẽ quæ eſt ſimilitudo, & ad aliquid denotat: cũ ſimile alicui ſit ſimile. Ponunt nõnulli diſcrimẽ inter terminũ magis connotatiuũ & terminũ altero cõnotatione ſuperiorem. Terminus magis cõnotatiuus ille eſt qui pluriũ prædicamentorũ*

rationes ſeu qui plures alio cõnotationes habet. ſed terminus altero connotatione ſuperior, ille eſt qui ſui inferioris cõnotationẽ cõplectitur: & pluribus q̃ alter cõuenit. ut coloratũ albo eſt cõnotatione cõmunius. Nã albi cõnotationẽ, quæ eſt albedo, cõtinet: & pluribus ſua deſignatio, quæ eſt color, conuenit q̃ albi ratio formalis, q̃uis non ſit terminus magis cõnotatiuus: quia tantum unius p̃dicamenti, ut alter, rationẽ ſibi conciliat. Nã ſolum colorem denotat qualitati & nõ alteri p̃dicamento competentẽ. ¶Quæres an hæc ſit propria, ſubſtantia eſt ens: pariter iſta, animal eſt riſibile. Dico illas non eſſe proprias, cum nullius p̃dicabilis ſint prædicationes, nec in prima prædicatur ſuperius de inferiori eiuſdem p̃dicamenti, quod oportet. nam ens in nullo ponitur p̃dicamento, cum nullum ſit p̃dicamentum cui ens ſubſternatur, imò omnis p̃dicamenti ratio nonnihil ab ente contrahit, ut aſſerit Philoſo. 4. & 7. metaphy. Tũ etiam, uel capis ens pro ſubſtantia, tunc nõ eſt alio ſuperius: uel pro accidẽte, tunc illa eſt falſa, ita ex Philoſopho 1. phyſico. debes ſcrutari, cum ens ſit æquiuocum, aut multiplex ad ſubſtantiam & accidens. ¶Secunda nõ eſt propria q̃uis p̃dicætur connotatiuum de abſoluto. requireretur illud connotatiuũ eſſe ꝓpriũ ſubiecti quarto, aut accidens illius, quod nõ eſt uerũ, niſi ſumas accidens ꝑ eo quod eſt extra alicuius rationẽ & ſubſtantiã. ſi enim homo ſit riſibilis, & animal ſit homo, accidet animali ꝙ ſit riſibile. nemo enim neſcit riſibile nõ eſſe ꝓpriã aĩalis paſſionẽ. ¶Præ-

diatio impropria, illa eſt, quæ nõ eſt alicuius prædicabilis prædicatio, ut animal eſt homo: nã ſpecies non prædicatur apte de ſuo genere. Et hæc prædicatio eſt à diſciplinis reiecta. Nã dicit Porphy. cap. de ſpecie, Genus ſemp de ſpeciebus prædicatur: & omnia ſuperiora de inferioribus: ſpecies autem neq; de proximo ſibi genere: neq; de ſuperioribus: neq; enim conuertitur. Oportet enim aut æqua de æquis prædicari: ut hinnibile de equo: aut maiora de minoribus, ut animal de homine: minora uero de maioribus minime. neq; enim dices, animal eſſe hominem, quẽadmodũ hominem dices eſſe animal. Hactenus ille. satis ex ſua eruditiõe dignoſcere poſſumꝰ nullũ inferius apte & accõmodate de ſuo ſuperiori poſſe prædicari. ut ex ipſo, non dicimus animal eſſe hominem, id eſt, non cenſendũ eſt, hanc prædicationẽ eſſe aptam, animal eſt homo: q̃uis ab ipſa, ueritas non diſiungatur. Nec arbitrandũ eſt in diſciplinis omnẽ prædicationẽ eſſe aptã & propriã, in qua de minus communi magis commune prædicatur. alioqui hæc prædicatio diſciplinæ Porphyrianæ gratularetur, Socrates eſt riſibilis. Stolidi & male inſtituti arbitrarẽtur hãc prædicationẽ, Socrates eſt riſibilis, eſſe Porphyrianã & propriã, quia prædicatur magis cõmune de minus communi: ſed iã illud reiecimus, oporteret ex Porphyrio, aut maius, id eſt ſuperius prædicari de minori, puta de inferiori: aut æquum de æquo, quod non contingit. At dices, Porphyrius dicit in cõmunitatibus propriũ prædicari de ſpecie & de indiuiduo. Id fateor, & ſe exponit

Porphy. 1. de ſpecie, 2. de indiuiduo: modo conſideramus proprium alicuius quod illi primo ineſt: ut habere tres angulos duobus rectis æquos cōuenit & propriū eſt triāgulo, quatenus triāgulus eſt, & non quatenus iſoſceles, & ſic de alijs triangulis, ut dicit Philoſo. 1. Poſteriorum cap. 4. & 5. ſed illis indiuiduis accidit, & non minus homini per ſe & primo ineſt riſibile, per accidens Socrati aut Platoni, q̃ habere tres angulos æquales duobus rectis triangulo per ſe & primo inſit, ſecundo iſoſceli, aut æquicruro. Quod igitur proprie prædicatur de ſpecie cuius eſt, impropriè & ſecundario de indiuiduis prædicabitur. Prædicatio impropria, indirecta idem, ſicut idem prædicatio propria & directa cenſetur. ¶Aliter definitur prædicatio impropria, à diſciplinarum tamen nitore aliena: Prædicatio impropria eſt in qua non ſuperius de inferiori, nec connotatiuum de abſoluto, nec magis cōnotatiuum de minus connotatiuo prædicatur: ut homo eſt Socrates, rationale eſt animal, æquale eſt bicubitū, ſimile eſt albū. ¶Trita eſt hæc aſſertio, ſi qua fuerit prædicatio propria, per conuerſionem fiet impropria & cōtrà. ut hæc eſt propria, homo eſt animal: & per conuerſionē fiet impropria. pariter hæc eſt impropria, homo eſt Socrates: & ꝑ conuerſionē fit ꝓpria. ſed illa aſſertio in pleriſq; locū nō habet, ut uolūt nōnulli. Nam hæc eſt propria, albū eſt dulce, & tamen per conuerſionē nō fit impropria. Sed prima defintio prædicationis ꝓpriæ diſciplinis accōmoda reſpueret illā. & negandum eſt

ꝗ ſit prædicatio propria. Cũ nullius prædicabilis ſit prædicatio:nã ſi cuius,potiſſimũ accidẽtis,quod nõ eſt aſſerendũ,cũ nõ prædicetur accidẽs de ſubiecto.Nã ſubiectũ accidẽtis,ut diſcutiemus,ſolũ eſt abſolutũ,aut minus eo cõnotatiuũ. modo ſubiectũ illius nec eſt abſolutũ,nec prædicato minus connotatiuum.Sequatur uelim auditor bonarũ literarũ amantiſſimus rectã orbitã.Nec hallucinabitur,nec urticarum aſpretudine & inſulſis ꝓtritæ calũniã tium doctrinæ condimentis oblectabitur. quinimò reſpuet & abhorrebit.Nec ſecũda definitio illi prædicationi cõpetit:ut perſpicuũ euadit. ¶Cõtendũt nõnulli aëra uerberantes de prædicatione ſynonymi ad ſynonymũ,quam uocãt identicam.Sed illam nõ recipiunt diſciplinæ,cũ ſit indirecta,inepta,& inordinata:ut hæc, homo eſt homo.nullius ſiquidẽ eſt prædicabilis prædicatio. Nec quidẽ ad ſeipſum ſuperius eſt,neq; cõnotatiuũ, neq; magis cõnotatiuum.¶Quia nõnihil habẽt prædicabilia diſcriminis in eo ꝗ aliquod in quid prædicatur,& aliud in quale : ideo adnotabimus , Prædicabilium aliqua prædicari in quid,& aliqua in quale.Quæ prædicantur in quid,ſunt Genera & Species : In quale, Differentia,Propriũ & Accidens.¶Id prædicatur in quid,quod ad quæſitiuũ quid,apte reſpõdetur: ut animal.quærẽti enĩ,quid eſt brutũ?apte reſpondebitur,eſt animal.Et ſi quis quærat , quid eſt Socrates?cõueniẽter reſpondetur,eſt homo : ideo animal & homo prædicãtur in quid.¶Obijcies, ſequeretur animal rationale prædicari de homine in

quid:quod tamen eſt falſum,cū non ſit prædicabile generis aut ſpeciei.ſequelā oſtendo:quærenti quid eſt homo?apta dabitur reſponſio, eſt animal rationale:igitur prædicatur in quid.Antecedens probatur:ōnis definitio indicat quid eſt eſſe rei, ſed animal rationale eſt hominis definitio : igitur indicat quid eſt eſſe rei.¶*Reſpondetur negādo ſequelā ſumendo prædicari in quid,ut hoc in loco accipitur. Nā in prædicabilibus eſt ſolum quæſitiuū prædibilis,ſciliæt termini cōmunioris ad quæſitū. Et neganda eſt illa cōſequentia. Et cū dicimus definitionem indicare quid eſt eſſe rei: Quid, eſt quæſitiuū definitionis de definito.eo modo concedendū eſt animal rationale prædicari in quid: ideo cōſiderandū uenit,Quid,eſſe multiplex quæſitiuū.Nōnūq̄ prædicabilis,ut hoc in loco. Aliquādo eſt quæſitiuū definitionis de definito,ut cū definitionē quæret,definitū ſibi iūgetur,& definitio definiti rationē indicabit.*¶*Prædicari in quale, late & preſſe definiri poteſt.Late,eſt cōuenienter reſpōderi ad quæſitiuū quale eſſentiale uel accidentale, ut rationale.nam quærenti qualis eſt homo:bene reſpōdetur rationabilis:& quærenti qualis eſt ignis, bene reſpōdetur calidus,lucidus.Et de hac definitione periti authores nō loquūtur.Preſſius definitur:& eſt, cōuenienter ad quæſitiuū quale,prædicatū eſſentiale quærens reſpōderi,& hāc docti definitionē recipiūt,& huic loco inſerūt. Hac enī utitur Porph.dicēs,rationale prædicari in quale de hoīe.*¶*Scito quale multiplex eſſe quæſitiuū.Aliquādo quærit prædicatū*

accidẽtale ipſi quæſito: & hoc modo eſt quæſitiuũ prædicamẽti qualitatis: ut quærenti qualis eſt hõ! apte reſpondetur, Logicus, Phyſicus. Cũ interrogat & quærit qualitatẽ accidentariã, dandũ eſt prædicatũ accidentale, aliter nõ daretur iuſta reſponſio. Aliquãdo q̃rit prædicatũ ipſi q̃ſito eſſentiale: & ſic eſt quæſitiuũ differentiarũ ſubſtãtialium. ut ſciſcitanti qualis eſt hõ! apte reſpõdebitur rõnalis: quia rõnale eſt hoĩs differẽtia ſubſtantialis, ſenſibile aĩalis, animatũ corporis aĩati. Et ſola differẽtia ſubſtãtialis prædicatur hoc modo in qualẽ. ¶ Argumẽtaberis: ſi rõnale prædicaretur in quale, ſequeretur talẽ terminũ poni in prædicamẽto qualitatis, quod eſt falſum: cum nullã qualitatẽ deſignet. Sequela ꝓbatur, prædicatur in quale: igitur eſt in prædicamẽto qualitatis. Conſequentia ꝓbatur: termini cognoſcuntur eſſe in prædicamẽto qualitatis, cũ prædicantur in quale. ¶ Reſpõdetur negando ſequelã, q̃uis nonnulli illa ratiũcula impulſi temere poſuerint differentias ſubſtãtiales in prædicamento qualitatis. Et neganda eſt conſequentia. Licet non negaretur ſi prædicaretur in quale, ut quale ſit quæſitiuũ prædicamenti qualitatis: quomodo dicibilia qualitatis prædicantur. Nemini dubiũ eſt differentias ſubſtantiales & dicibilia qualitatis differẽter prædicari in quale. Poſſet tamen citra iniuriam dici & incõmodum, differentiam ſubſtantialem eſſe in prædicamento qualitatis, ut late patet qualitatis ratio ad qualitatem cum ſubſtantialem tum accidentalem. Sed ſuo quiſque fruatur iudicio.

¶Præfatio Porphyrij ad Chryſaorium.

CVm ſit neceſſariū Chryſaori & ad eam quę eſt apud Ariſtot.prædicamentorū doctrinā noſſe quid ſit genus,& quid differētia,quid ſpecies, quid propriū,& quid accidēs:& ad definitionum aſſignationē,& omnino ad ea quæ in diuiſione vel demōſtratione ſunt: vtili iſtarum rerū ſpeculatiōe,cōpēdioſam tibi traditionē faciēs:tētabo breuiter, velut introductionis modo ea quę ab antiquis dicta ſunt,aggredi: altioribus quidē quæſtionibꝰabſtinēs,ſimpliciores vero mediocriter cōiectās. ¶*Munit uiā Porphyrius, aditū facit ſternitq́; iter tutiſſimæ ſemitæ ſimillimū,ad capeſſendas Ariſtotelis philoſophorū oīm doctiſſimi diſciplinas,optimis prædicamentorū,definitionū,diuiſionū,& demōſtrationum ſtudijs in rōnali philoſophia cōprehēſas,quibus facilius ꝑcipiendis & intelligēdis, cōmentariolū, ſiue introductoriā artē ædidit primis harenæ peripateticæ palæſtritis,rudioribuſq; Ariſtotelicæ doctrinæ tyronibus cōmodiſſimū.quē ſi planè didicerint & intellexerint,non addubito eos fore idoneos & aptiſſimos rōnālis philoſophiæ auditores,& potiſſimū eius primi ſtudij quod categoriarū.i.prædicamentorū doctrinā appellitant. maximam Porphy. in hac breui admodū introductiuncula apud ingenuos & beneuolos auditores ſibi gloriā comparauit,ꝙ ea quæ forēt inſtituēdæ iuuētuti utiliora ſūmo ſtudio ſūmaq; diligentia perſtrinxerit:nihil ex-*

cudit, nihilq; in publicã lucẽ attulit, quod nõ ſit huiuſce diſciplinæ ſtudioſiſſimis cognitu facile & iucundũ: ab arduiſſimis, & difficillimis quæſtiõibus teneriuſcula auditorũ ingenia abducit, & prudenter auocat: nihil quod non labore & ſtudio optimi præceptoris intelligi poſſit, proponit: ingredientes ad nanciſcendũ huius diſciplinæ cultũ, oblectat, & mira iucunditate reficit: nugamenta ſophiſtica & deliria, quibus dũ adhæret animus ad optima & politiſſima ſtudia bene natus, obruitur, læditur & hebetatur, reijcit: unicã & ſingularẽ peripateticorum doctrinã exoſculatur, eãdemq; cohortãdo ſtudioſiſſimis auditoribus imitãdã ꝓponit. ſed priuſq̃ aliquid cõmẽtemur, & cõtextum authoris ſyncera expoſitiõe explicem⁹, de authore quicq̃ ſcribemus.

¶Fuit Porphy. genere græcus, Platonicæ ſectæ ſtudioſiſſimus, qui ita ſtrenue & feliciter dimicando ꝓfecit in philoſophia, ut ſũmus & ingenioſiſſimus euaſerit philoſophus. Verũ cũ nimis cupide magicã artẽ ſectaretur & excoleret, dæmõiacis præſtigijs & illuſionibus irretitus, ſuũ cõtaminauit & polluit ingeniũ, & grauiſſimã euãgelicis literis plagã intulit, qui ſua temeritate, & impudẽtiſſima arrogantia, peſtilentiſſime Chriſtianiſmũ inuaſit, & ut ſcribit Auguſt. lib. 19. de ciuit. dei, c. 23. hoſtis fuit Chriſtianæ religiõis inimiciſſimus, nihil unq̃ arbitratus eſt ſe nõ facturũ ſua fallaciſſima magia, qui teſte Auguſt. lib. 10. de ciui. dei, c. 9. quãdã animæ purgationẽ per Theurgiã, id eſt, icantamẽta nephariæ curioſitatis arte cõpoſita promittebat: reuer-

ſionē uero ad deum, hanc artē præſtare cuiq́ negabat. Hac *Theurgica diſciplina ipſos deos poſſe paſſionibus & perturbationibus obſtrigi affirmabat: qui Anebinetem Aegyptium epiſtolis rogauit, ut quadam arte ab eo omnium dæmonum naturā, & uarietatē perdiſceret.* Sed *ſciāt ōnes uni deo conſecrati, ut dicit* Augu. *in eodem lib. cap.* 10. *hæc ōnia eſſe fallacium dæmonum commenta.* Apollinarius Laodicænus, *teſte* Hieronymo *in catalogo ſcriptorū eccleſiaſticorum, ſcripſit triginta libros aduerſus* Porphyrium, *qui inter cætera opera eius, uel maximè probantur.* Sed *ſatis de authore: quem conſulo dialecticis legendum citra periculum pietatis.* ¶ Chryſaorius *auditor* Porphyrij *beneuolus & gratiſſimus, cui hoc opuſculum dicatum eſt, cū ſummo peripateticæ diſciplinæ ſtudio & amore incredibili detineretur, ferueretq́; non mediocri audiendæ philoſophiæ deſiderio, rogauit obnixe* Porphyrium *ut facili, ſed erudita & terſa introductionis formula ad facilius ꝑdiſcenda* Ariſtotelis *prædicamenta, inſtitueretur: cui ſuam ingenue deſpondit operam* Porphy. *& nihil ꝑtermiſit, quod foret ad ſubſternē da tā liberali & honeſto auditori tyrocinia, cōmodiſſimum.* ¶ In *primis ſui libelli argumētum ei ꝓponit, quo pollicetur ſe dicturū de quinq; uocibus, de genere uidelicet, ſpecie, differentia, ꝓprio & accidēte, quæ non minus ōnia entia ōneſq; eius rōnes potiſſimū uniuerſales ſuo cingūt ābitu & arctiſſime continēt, q̄ decem* Ariſto. *uoces ſiue decem prædicamenta, diuerſa tamē ratione.* Nā *uoces* Porphy-

rianæ,tũ ſupremas,tum medias,tum infimas uoces perpendũt,& cõſiderant.Decẽ uero prædicamenta ſuprema omniũ principia,ſiue elemẽta omniũ uniuerſaliſſima,quibus nulla res eſt quæ non ſubſternatur,& inſeruiat.Quòd autẽ nõ plures deuuerit Porphy. *illis quinq;,adijcere uoces, ut ad indipiſcẽdam categoriarũ cognitionẽ contendũt,ſic oſtendo:* Omne *ens aut eſt ſubſtantia uel accidẽs,ex philoſopho,ubiq; penè locorum ſuæ metaphyſices: quòd ſi ſubſtãtia fuerit,uocẽ quãpiã ſiue dicibile quodpiã habebit quo ſignificatur, aut uox illa prædicabitur in quid neceſſario de pluribus differentibus ſpecie, aut de pluribus ſolo numero differentibus. ſi primum, erit genus: ut animal omniũ uocum quibus principatur eſt genus, quales ſunt homo, equus, aſinus,& reliquæ animalis ſpecies.* De *indiuiduis quibus ſecũdario præeſt,ſubticeo:non enim ſimpliciter eſt genus & primo ad indiuidua.* Si *uerò prædicetur de differentibus ſolo numero in quid, erit ſpecies, ut homo, equus,leo, quibus ſua particulatim ſubijciuntur & famulantur indiuidua.* Si *accidẽs fuerit,re & ratione, uocẽ habebit denominãtẽ ſub qua continebitur,ut albedo ſub colore continetur,& hæc albedo ſub albedine.* Accidens *autẽ* Logicũ *denoĩatiuũ quidẽ prædicabitur, de ſubſtãtiali uoce in quale accidẽtariũ, ꝑprie accidẽs ſumendo, ut albũ de homine,& potiſſimũ de* Socrate *&* Platone.*nõ de rebus hic ago,cõtra ſomnia eorũ & inauditas nugas,qui ſolis rebus, & nõ uocibus adaptãt prædicatiões,ſed de iſtis nominibus,*Socrates,

Plato.at dices,ſuppreſſiſti differentiã & ꝓpriũ.pri mo dicã ex Ariſto.in quarto Topicorũ, differentiã quodãmodo prædicari in quid, ſi fuerit ſubſtantialis,q̃ ſubſtãtiã generis uelut forma naturalis materiã,informat.sed potius in quale quid ꝓdicatur. Et ꝓpriũ quarto circũſpicit rationẽ cõſubſtantialẽ à ſpecie cuius eſt indimobile, ut latius in hoc uolumine declarabimus.Secundo dico,si accidẽs late pateat,ut ex philoſopho in Metaphy.in nouẽ accidentiũ prædicamẽta diſtenditur, quorũ unũ eſt qualitas ſiue ſubſtãtialis ſiue accidentalis,aliter fluctuaret Philoſophus in pleriſq; locis, ꝙ & differentiæ ſubſtãtiales & propria ſub ampliſſimo accidentis amplexu continebũtur, ut in noſtra introductione monſtratum eſt.non quòd uera ſint & propria accidentia,quia accidẽs 5.Metaphyſi.cap.30.ſi preſſe ſumatur,illud eſt quod neq; neceſſario ineſt neq; ut plurimum,ut accidens eſt ſcrobẽ effodienti,theſaurum inuenire, quia tamen non prædicantur in quid ſimpliciter ſed in quale,in numerũ accidentiũ denominatiuorũ redigẽtur. Sed de his nũc plus ſatis.Aliter & multo clarius patefaciã illas 5. Porphyrij uoces,oĩa amplexari uniuerſalia. oẽ uniuerſale aut ꝓdicatur in quid, aut in quale. ſi in quid, aut de differentibus ſpecie aut de ſolo numero diſtinctis.ſi primũ,erit genus:ſi ſecundũ, ſpecies:loquor de ſpecie ima ſiue infima, ne calumnieris.ſi in quale,aut de differentibus ſpecie,in quale quidẽ eſſentiale,& erit differẽtia ſubſtãtialis:aut in quale accidentale,& hoc dupliciter,uel recurret cũ eo de

quo prædicabitur, uel non. ſi primũ, erit ſimpliciter ꝓpriũ ſiue ꝓpriũ quarto: ſi ſcd̃m, accidens. Boëtius *in prima æditione ad hoc opuſculũ cõmentãdũ ita ſcribit,* Videns Porphyrius *ꝙ in rebus oĩbus eſſent quædã prima natura ex quibus oĩa uelut ex aliquo fonte manarent, & illa quæ prima eſſent, & ſubſiſtẽtia eſſe, & generis uocabulo nũcupari.* Porrò *nunq̃ genus uni duntaxat ſpeciei poſſe eſſe genus, ſed pluribus, plures autẽ ſpecies nõ poſſe eſſe multiplices, niſi eas aliqua diſcretio ſeparet.* Illa *ſpecierũ diſſimilitudo & diſcretio, differẽtiæ noĩe uocatur.* Et *iure* Boëtius *appellat differẽtiã ſpecierum diſcretionẽ, quia ea tanq̃ nota & argumẽto, diſcretæ ſunt diuerſæ generis ſpecies.* Demũ *quæ aliqua re differunt, fieri aliter nõ poteſt, niſi quibuſdã proprijs ſolitarijſq; naturis inſignita ſint.* Deinde *cum accidẽs ſine ſubſtãtia ſubſiſtere neq̃at, neq; ediuerſo, ſaltẽ ſenſilis ſubſtantia, nõ immerito* Porphyrius *accidẽtis rationẽ habuit.* ¶ Vtilitas *huius operis, ut dicit* Ammonius, *nõ modo ad* Ariſto. *prædicamenta deſtinãda eſt, uerũ etiã ad oẽm* Philoſophiã. In *primis cõtendã ꝓbare hãc* Iſagogen *utiliſſimã eſſe ad cognoſcenda* Ariſto. *p̃dicamẽta.* In *unoquoq; p̃dicamento ſunt genera, ſpecies, & indiuidua ſpeciebus ſubſtrata, aut differentiæ, ꝓpria, uel accidẽtia: igitur nõ mediocre p̃ſtãt momentum iſtæ 5. uoces ad ediſcẽda* Ariſto. *p̃dicamẽta, & neceſſariæ erunt: neceſſariæ quidẽ quia utiles, ſine quibus poſterioris diſciplinæ nulla eſt facilis intelligẽtia ad indipiſcẽdũ huiuſmodi ſtudiũ.* Dicit Stapulẽſis *ad hunc locũ*

confirmandũ, in unoquoq; prædicamento eſſe genera, ſpecies & indiuidua, & ꝑter hæc in ſubſtantia differentias eſſe maximè ꝓprias, & in alijs p̄dicamẽtis differẽtias tũ ꝓprias tũ cõmunes, & ꝓpria, & accidentia. Sed uidetur ab Ariſtotele paulo deflectere, ꝙ dicat differentias maximè ꝓprias eſſe in ſubſtãtia. i. in p̄dicamento ſubſtãtiæ, & in alijs p̄dicamẽtis eſſe reliquas differẽtias, cũ neget apte Ariſto. differẽtias ſubſtãtiales eſſe ſubſtãtias: inq̃t enĩ non eſſe ꝓpriũ ſubſtantiæ p̄dicari noĩe & ratione de eo cuius eſt, quia differentiæ cõuenit: ꝙ ſi differẽtia eſſet ſubſtãtia, eſſet ſanè ꝓpriũ ſubſtãtiæ prædicari noĩe & ratione de eo cuius eſt. Sed merebitur forſitan excuſationẽ, ꝙ uoluerit aſſerere differentias maximè proprias eſſe quodã modo in ſubſtãtia, quia ſubſtãtialẽ formã mõſtrãt, & ſubſtantiã cõplent. Sed forſitã hoc parũ cõfert ad Philoſophũ ſyncera uia ſectitandũ. ¶ Demũ ad inueſtigandas definitiones commodiſſima eſt Iſagoge Porphyriana. nã nihil citra differentiã aut ſubſtãtialẽ aut accidẽtalẽ, genus cum quo ſpeciẽ cõſtituit aſtringẽtẽ definiri poteſt, ut apte cõmõſtrat Ariſto. 14. ca. 2. Poſteriorũ. Et ex eodem cap. ſtabilẽ decerpes approbationẽ, diuiſionibus ſtatuendis perq̃ utilẽ eſſe hanc introductionem. Nam oĩs diuiſio, ut in noſtra diſſeruimus introductione, uel eſt generis in ſpecies, uel generis in differẽtias, uel in ꝓpria, uel ſubiecti in accidẽtia, uel accidẽtis in ſubiecta. Quòd autem maximopere cõferat ad cõtexendas ex artificio demonſtrationes, ſic ſuadeo: Si iuuet plurimũ ad pue-

ſtigãdas ex certa & exquiſita methodo definitiones,iuuabit,& cõferet ad demõſtrãdi ſciẽtiã, cum teſte Philo.2.Poſterio.cap.3.definitio ſit principium demõſtrãdi,atqui iuuat ut oſtẽdimus ad definitiões ex certa methodo perueſtigãdas, igitur iuuabit ad demõſtratiuã diſciplinã.Adde, ꝙ ſcribit Ariſto.7. & 8.cap.1.Poſteriorũ,omnẽ demõſtratiuã ſcientiã circa tria uerſari:Genus ſcilicet,cuius ꝑ ſe paſſiões contẽplatur:Cõmunes dignitates, ex q̃bus primis demonſtrat: Et paſſiones,quarũ q̃d ſignificet unaquæq; accipit. ¶*Præceptiõis genere utitur Porph. nã ea docebit quæ maximè ijs cõuenient, q̃ his formulis & lectiuncula inſtituẽdi ſunt.Neq; enĩ plura adfert q̃ expoſcat introductio, neq; ſcribẽdo longius euagatur,neq; obſcuro & abdito utitur dicẽdi ſtylo,quibus plerũq; deterreri & deturbari ſolẽt adoleſcẽtuli.Scribit Grego.Nazîãzenus uir doctiſſimus & eloquẽtiſſimus lib.1. ſuæ Theologiæ, auditores quæſtionibus altioribus & quaſi ſolidioribus degrauatos,deꝑſſoſq; dãni aliquid accipere. Ne igitur Porphyrius teneros auditorũ animos læderet & grauaret , ab abſtruſioribus & peritioribus primæ Philoſophiæ quæſtionibus cõſulto ſibi temperauit,& faciliores,delectioréſque,& audientium captui magis peruias moderate diſcuſſit.*

¶Mox de generibꝰ & ſpeciebus:illud quidẽ, ſiue ſubſiſtãt,ſiue ĩ ſolis nudis ĩtellectibꝰ poſita ſint:ſiue ſubſiſtẽtia corporalia ſint,an ĩcorporalia:& vtrũ ſeparata à ſenſibilibus , an in ſenſibilibus poſita,& circa ea cõſiſtẽtia.dice-

re recuſabo.altiſſimũ enim eſt huiuſmodi negotiũ,& alterius maioris egẽs inquiſitionis.illud vero quẽadmodũ de his, ac de ꝓpoſitis magis ꝓbabiliter antiqui tractauerũt,& horũ maxime Peripatetici:tibi nũc tẽtabo monſtrare.¶*ſunt admodũ arduæ & recõditiſſimi iudicij q̃ſtiones à Porphyrio modo ꝓpoſitæ, & euentilatæ,quarũ ſenſus,energiã & ĩtellectũ ſubticet, & nõ immerito.q̃ ſi ab abſolutiſſimo & exercitatiſſimo philoſopho uix dilui poſſint,& accurate plane'q; intelligi,multo minus à iunioribus & nouitijs Philoſophiæ diſcipulis intelligẽtur.Quia tamẽ Boëtius ut ſuũ exerceret ĩ arduiſſimis & abditiſſimis rebus ingeniũ,& honeſto ꝑiculo expiretur, qđ & fecerunt nonnulli,qui eum ætate præceſſerũt,præfatas quæſtiones aliquantulum enodauit & explicuit:nonnulli de illis quæſtionibus ut ad optimum tametſi moleſtiſſimum & difficillimũ laborẽ,quantulaſcunq; noſtri ingenioli uires exeramus & excitemus,& potiſſimum Boëtij ingenio & ſtudijs ſubaccenſi & extimulati aperiemus, eaſdem'q; ſeriatim, curſim tamen & Laconica breuitate explicabimus.¶Prima quæſtio, An genera & ſpecies & cætera uniuerſalia ſubſiſtant ſint'q; in rerũ natura conſiſtentia.Hæc quæſtio duos poteſt efficere ſenſus.Primus eſt,An genera, ſpecies, & huiuſmodi uniuerſalia ſint quædã naturæ uniuerſales à cæteris ſemotæ & ſeorſim ſubſiſtentes, ut opinabatur Plato.Secundus eſt, An ſint genera & ſpecies & uniuerſalia intellectus artificio efformata,*

quæ ratione ſubſiſtere poſſint, & pdicationis intelligentia, apta ſint ineſſe rebus. Si primum circũſpexeris ſenſum, nulla inuenies ex Ariſtotelicis diſciplinis etiam ex ueritate talia uniuerſalia. Ariſtoteles acri certamine contendit ubique pene loco rum ſuæ metaphyſicæs demoliri, & omnino expugnare uniuerſalia Platonica, iuaudito ſubſiſtendi modo ſubſiſtentia. In primis 6. cap. 3. Metaphy. ubi ſubagitat hanc quæſtionẽ, an uniuerſalia (ut uoluit Plato) ſeorſim abiuncta à rebus ſenſilibus ſubſiſtant nec ne, inquit: Si fuerint talia à Platone efficta uniuerſalia, non erunt ſubſtãtiæ: nihil enim cõmunium hoc aliquid, ſed quale ſignificat: ſubſtantiã autẽ hoc aliquid ſignificare conſtat. Quòd ſi id qđ communiter prædicatur, hoc aliquid erit, digitoq; poterit deſignari, Socrates ſanè multa aĩalia erit, ipſeq; & homo ac animal, ſi unumquodq; hoc aliquid unumq; ſignificat. Sed dicet quiſpiã Ariſtot. hic agere de primis ſubſtantijs, quæ, ut nemo eſt q neſciat bene in categorijs educatus, ſignificant, ut innuit Philoſophus in categoria ſubſtantiæ, hoc aliquid & unum numero. Secundo uero ſubſtantiæ ſignificant quale quid. Sit ita q tibi non denegetur qđ ex Philoſopho decerpis. Cupit tamẽ Ariſto. toto animo oſtendere nullas eſſe ſubſtantias uniuerſales ppetuas & perẽnes ab omni materiæ cõſortio ſeiugatas, cõtra Platonẽ, à quo plurimum diſſentit & euariat. Proferã ut rem planè pro peripateticis aperiã, alia Ariſto. in alijs Metaphy. locis teſtimonia. inquit Ariſtote. 7. Metaphy. cap. 13. Impoſſibile

uidetur, quoduis uniuerſalium ſubſtantiā eſſe. prima nanq; ſubſtantia cuiuſcunq; rei, ꝓpria cuiuſq; eſſe uidetur: quæ quidem ut patet nulli alij ineſt: uniuerſale autem eſt cōmune. Id enim *uniuerſale dicitur, qđ pluribus ineſſe eſt aptum, cuius igitur ſubſtantia hoc ipſum erit? aut enim omnium, aut nullius erit: at omnium eſſe non poteſt: unius uero ſi fuerit, & cætera ſanè hoc erunt. quorum enim ſubſtantia eſt, atq; quidditas una, & ipſa etiā unū eſſe uidentur.* Deinde id *ſubſtantia dicitur, qđ de ſubiecto nō dicitur.* Vniuerſale *autē de aliquo ſubiecto dicitur ſemp.* Et *in eodē capite inquit:* Ex *his igitur patet, nihil eorum quæ uniuerſaliter exiſtunt: ſubſtantiam eſſe: & nihil eorum quæ cōmuniter ꝓdicantur, hoc aliquid ſed quale ſignificare. & cap.16. eiuſdem libri inquit,* Nihil *uniuerſaliū ſeparatim præter ſingularia eſt.* Et 10. *Metaphy. cap.4. diſſerit ad hunc modum,* Si *nihil uniuerſalium poſſibile eſt ſubſtantiā eſſe, nec hoc ipſum ut unum quid præter multa ſubſtantiam eſſe poſſibile eſt (commune nanque) ſed ut prædicatio ſolum.* Q*uare neq; genera, naturæ quædā & ſubſtātiæ à cæteris ſeparabiles ſunt.* Et *hanc* Porphy. *doctrinā longè* Platonicorum *placitis meliorem & ſtabiliorem frequentius æmulatur.* Nam *duntaxat de genere, differentia, & reliquis uocibus diſſerit ſecundum rationem prædicandi, hoc modo genera, ſpecies & reliqua uniuerſalia exiſtunt.* Poteſt *enim intellectus effingere & efformare quandā notionem generis ex notitijs indiuiduorum ſpecie diſtincto-*

rum,quæ nihil neceſſitudinis & conuenientiæ habent in cõmuni generis ratione. Exemplum propono,poteſt intellectus notionem aĩalis ex ſingulis aĩalium indiuiduis in cõmuni aĩalis ratione cõſentientibus in eo quod eſt ſentire, efformare: quæ nõ diſſentanee,ſed conſentanee & ex æquo oĩa animalia ſignificabit. Et huiuſmodi genus quatenus tale, nihil eſt ſeorſim ab intellectu dimotum. non enim, ut cõpertum eſt,Socra. eſt aut Plat.cum neq; Socra.neq; Pla.generis rationẽ ſubire poſſit,ſed duntaxat ratione intellectu & forma prædicãdi exiſtit. Poteſt etiã intellectus notionem hoĩs efformare, ex ſingulis hominum notitijs qui conſentiunt in ratiocinandi facultate. hinc ſenſibilia multum iuuant,maximúmque intellectui adminiculum præſtant ad aſſequendã uniuerſalium & intelligibilium notionem. Neq;(inquit Ariſto.3. de cælo, cap. 7.)poteſt aĩa rationalis ſine phantaſmate (quandiu immerſa eſt corpori) intelligere,nam agitatur, impellitur & excitatur uiſis ſiue ſenſilibus phantaſmatibus ad hæc ſenſilia intelligenda. dico ad hæc ſenſilia, quia ut diuinæ ſubſtantiæ ſupramundanorum'q; entium notiones format, nulla qualitate exteriore, nulloq; phantaſmate ſenſibili indiget,quãdoquidẽ ꝓpria eius natura eſt ſpeculari et intelligere entia oĩm pſtantiſſima & honorabiliſſima,ab omnium ſenſuum officijs & organis longè abiuncta. At nõ eſt ꝓprium eius munus & officium intelligere ſenſilia, ſenſibilium'q; affectuum formis & ſpectris agitari & rapi,ſed ea infra ſuã

dignitatem & maieſtatē ſubſidētia intelligit & cō plectitur, ut aditū faciunt peueniēdi ad ꝓpria obie cta, tanq̄ imagines ad exēplar & ueſtigia ad ueritatem, ut ſcite & elegāter ſcribit Clichtoueus in 3. de anima ad 5. cap. Paraphraſeos ſui Fabri. Et licet intellectus ſenſilium formis & uiſis excitatus, aſſurgat ad notitias intelligibilium tanq̄ ex medijs in finem ordinatis ad ipſum finem, & ab impſectis ad perfectū, citra quorū ſubſidiariā operam & adiumentum, impoſſibile eſt ad intelligibilium notiones peuenire, tamē non efformat intelligibiliū notiones ſimiles ijs quæ de ſenſilibus habētur. Nam ſi q̄s uelit intelligibilia à materiæ cōmercio prorſus abiuncta dignoſcere, tametſi alicuius ſenſibilis obiecti rationem & notionem efformauerit, nō tamen ea intelliget: ut quāuis proſpexerim angelum quadam ſenſili pictura depictum, & concœperim ſimilitudine hominis caput, pedes & manus, non propterea angelum intelligo: & tantum abeſt ea notio à propria angeli notione, quantum angelus pictus à uero angelo. animaduerte & conſideres aliud, Intellectum noſtrum ita debere ex ſenſibilibus ad intelligibilia contendere, ut paulatim & gradatim conſcendens, abneget & abſtrahat huiuſmodi ſenſilium affectiones, & proprietates, & ex huiuſmodi abnegatione, & abiunctis ſenſilibus formis tandem aſſequetur ueras intelligibilium notiones: ut ex notione corporei format incorporei ſimilitudinem, non quidem ſumendo corporei ſimilitudinem pro obiecto, ut eius ſpeciem concipi-

endo, nam ea ſpecies duntaxat corpoream ſubſtantiam referret, ſed eam cõtemnendo & abnegando & ex ea alteram atq; diuerſam, & quodam modo oppoſitam efformando. Et quia intelligibilia à ſenſu ſeparata nulla ſpecie feriunt intellectum, ſed ea apprehendit intellectus ex cognitione ſenſilium, quantum humanæ conceditur imbecillitati, ideo notiones intelligibilium ab intellectu efformatæ, pro hac corporea immerſione ſunt exiguæ & umbratiles. Illæ uero quas habet ex ſenſilibus, firmiores ſunt. hinc facilius ſenſilia quàm intellectilia pro temporaneo huius peregrinationis ſtatu intelligit. ¶Boëtius contendit primam illam quæſtionem ad hunc modum diſſoluere: Quoniam hominum multiformis eſt animus: per ſenſuũ qualitatẽ res ſenſibus ſubiectas intelligit, & ex his quadã ſpeculatione concepta, uiã ſibi ad incorporalia intelligenda præmunit: ut cũ ſingulos homines uideã, eos quoq; me uidiſſe cognoſcã: & quia hoĩes ſunt me intellexiſſe ꝓfiteor. Hinc igitur ducta intelligentia, uelut iam ſenſibiliũ cognitione roborata, ſublimius ſe extollit: & iam ipſam ſpeciẽ hominis ſub animali poſitã, ſinguloſq; homines continet & intelligit. ꝙ ſi res ões quæ uere ſunt, ſine huiuſmodi notionibus eſſe nõ poſſint, has ipſas quinq; res, genus, &c. uere intellectas eſſe non dubites.

¶Secunda quæſtio. An ſint genera, & ſpecies, & reliqua uniuerſalia in ſolis nudíſque intellectibus poſita. Hãc, ut exiſtimo, quæſtionẽ mouit Porphy. ꝓpter cõtrouerſiã ſubortã inter Platonẽ & Ariſt.

de naturis uniuerſalibus ſiue ideis, quæ Latine dicũtur formæ exemplares. Collocabat Plato ideas, naturaſq; uniuerſales in ſolis nudiſq; intellectibus, id eſt, ſupramundanis ſubſtãtijs, quæ ab omni materia prorſus ſemotæ pfectiſſime omnia cognoſcunt abſq; ulla aduẽtitia paſſione. Ariſt. mirũ in modum huiuſmodi ideas in metaphy. libris, potiſſimum in primo, pſeqtur: & ualidiſſimis etiã nõ ſine cachinno argumẽtis nititur pñus eas expugnare & cõuellere. Ammonius Platonicorũ partes tuetur: dicit enim in ſua ad Porphyriũ cõmentatione huiuſmodi ſpecies eſſe in opifice, uelut eſt in ãnulo typus, ac ſigillũ Achillis, dicẽturq; ante multas, & à materia ſeparatæ. Species autẽ ſingulorũ hominũ uelut ceræ, fulæ ſigillo efformatæ: dicenturq; in multis & à materia nõ ſeparatæ. At ſpecies illa quã in ſingulis hominibus eãdẽ eſſe uidẽtes colligimus in mente, uelut is q ſupuenerat ſup multis ſiue poſt multas, & poſterius generata, poteritq; & à materia ſeparari & non ſeparari: ſeparari, quia in aĩa exiſtit, nõ in corpore: non ſeparari, quia p ſeſe penitus ſemoueri nõ poteſt, quẽadmodũ ſpecies quas poſuit Plato. Non enim uoluit (ut diſcipulus Ariſto. opinatus eſt, & pleriq; oẽs peſſime interpretantur) ſpecies eas ſimpliciter eſſe intelligentias, ſed quaſdam tantũmodo eſſentias intelligibiles, quas tãq̃ pictas tabellas inſpiciẽs mundi opifex, inferiores has ſpecies facit. Non negant Theologi ideas & unamquamque rem cognitam eſſe in Deo obiectiue, ſed Deus qui oĩa ſcrutatur, præcognoſcit & intelligit

ſua ineffabili ſapientia, non indiget pluribus ideis & notionibus, ut res limpide cognoſcat: nam una & eadem notione perfecte ſe cognoſcit & omnium entiũ naturas. Diuus Auguſtinus Platonicæ ſapientiæ aſſertor eruditiſſimus libro uno, 80. quæſtionum, quæſtione 46. de ideis copioſiſſime diſſerens ita ſcribit: Ideas Plato primus appellaſſe perhibetur, non tamen ſi hoc nomen, antequã ipſe inſtitueret, non erat, ideo uel res ipſæ nõ erant, quas ideas uocauit, uel à nullo erant intellectæ: ſed alio fortaſſe atque alio nomine ab alijs atque alijs nuncupatæ ſunt. licet enim cuiq; rei incognitæ, quæ nullum habeat uſitatum nomen, quodlibet nomen imponere. nam non eſt uerisimile, ſapientes aut nullos fuiſſe ante Platonem, aut iſtas, quas Plato, ut dictum eſt, ideas uocat, quæcunq; res ſint, nõ intellexiſſe. ſiquidem tãta in eis uis conſtituitur, ut niſi his intellectis, ſapiens eſſe nemo poſſit. Credibile eſt etiã præter Græciam fuiſſe in alijs gentibus ſapientes: quod etiã Plato ipſe nõ ſolum peregrinando ſapientiæ perficiendæ gratia ſatis teſtatus eſt, ſed etiam in libris ſuis commemorat. Hos ergo ſi qui fuerunt: non exiſtimandum eſt ideas ignoraſſe, quamuis alio fortaſſe eas nomine uocitauerint: ſed de nomine hactenus dictum ſit, rem uideamus quæ maximè conſideranda atq; noſcenda eſt, in poteſtate cõſtitutis uocabulis, ut quod uolet quiſq; appellet rem quã cognouerit. Ideas igitur latine poſſumus uel formas uel ſpecies dicere, ut uerbũ è uerbo transferre uideamur. ſi autẽ rationes eas uocæ

mus, ab interpretandi quidē ꝓprietate diſcedimus (rationes enim Græce λόγοι *appellantur, non ideæ) ſed tamen quiſquis hoc uocabulo uti uoluerit, à re- ipſa nō errabit. Sūt nanq; ideæ, principales formæ quædā, uel rōnes rerū, ſtabiles atq; incōmutabiles, quæ ipſæ formatæ non ſunt, ac per hoc æternæ ac ſemp̄ eodē modo ſeſe habentes, quæ in diuina intelligentia cōtinentur.* Et *cum ipſæ neq; oriātur, neq; intereāt, ſecundū eas tamen formari dicitur omne qđ oriri & interire poteſt, & omne qđ oritur & interit.* Anima *autē negatur eas intueri poſſe, niſi rationalis, ea ſui parte qua excellit, id eſt, ipſa mente atq; ratiōe, quaſi quadā facie, uel oculo ſuo interiore atq; intelligibili.* Et *ea quippe ipſa rōnalis aīa nō oīs & q̄libet, ſed quæ ſancta & pura fuerit, hæc aſſeritur illi uiſioni eſſe idonea, id eſt, quæ illum ipſum oculum quo uidētur iſta, ſanū & ſyncerum, & ſerenū & ſimilem his rebus quas uidere intēdit, habuerit.* Q*uis autē religioſus & uera religione imbutus, q̄uis nondum poſſit hæc intueri, negare tamen audeat, imò non etiā ꝓfiteatur, oīa quæ ſunt, id eſt, quæcūq; in ſuo genere ꝓpria quadā natura cōtinētur, ut ſint, deo authore eſſe procreata: eoq; authore oīa quæ uiuunt, uiuere, atque uniuerſalē rerum incolumitatē ordinemq; ipſum, quo ea quæ mutantur, ſuos tēporales curſus certo moderamine celebrant, ſummi dei legibus cōtineri & gubernari?* Q*uo cōſtituto atq; conceſſo, quis audeat dicere, deū irrationabiliter omnia condidiſſe?* Q*uod ſi recte dici & credi nō poteſt, reſtat ut oīa*

ratione ſint condita, nec eadem ratione homo, qua equus, hoc enim abſurdũ eſt exiſtimare. ſinguli igitur ꝓprijs ſunt creata rationibus. Has autẽ rõnes, ubi arbitrãdũ eſt eſſe, niſi in ipſa mente creatoris? Non enĩ quicq̃ extra ſe poſitũ intuebatur, ut ſecundũ id cõſtitueret qđ cõſtituebat: nã hoc opinari ſacrilegũ eſt. Quòd ſi hæ rerũ creandarũ creatarũq; rõnes in mẽte diuina cõtinẽtur, neq; in diuina mente quicquã, niſi æternum atq; incõmutabile poteſt eſſe: atq; has rerũ rõnes principales appellat Ideas Plato: non ſolũ ſunt ideæ, ſed ipſæ uere ſunt, quia æternæ ſunt, & eiuſmodi atq; incõmutabiles manent, quarũ participatiõe fit, ut ſit, quicq̃d eſt, quoquo modo eſt. Vides lector optime diuũ Augu. fortiſſimis cõprobaſſe argumentis opinionem Platonis ideas non abſurde affirmãtis in mẽte diuina contineri. Diuus Tho. theologus abſolutiſſimus, dicit in ſuis ſacri eloquij libris, ideã in deo nihil aliud eſſe re ipſa q̃ eſſentiã diuinã, licet idea non nominet diuinam eſſentiã quatenus eſt eſſentia, ſed quatenus eſt ſimilitudo uel ratio huius uel illius rei. Verũ cũ unaquæq; creatura habeat ꝓpriã ſpeciem qua aliquo modo participat ſimilitudinem diuinæ eſſentiæ, neceſſe eſt ponere in mente diuina plures ideas. & ſolum ponuntur ut intellectæ, non autẽ ſimpliciter ut eſſentia diuina, neq; quibus intelligat, alioqui ꝑficerent & informarẽt intellectũ diuinũ. Sed idea menti ædificatoris ut ſuo ſubiecto infixa, quæ eſt ſimilitudo qua ædificator ſuũ molitur opꝰ, facit intellectũ actu, & ad ſui imaginẽ uult ædifi-

catur domũ extruere. ſed plus ſatis de ideis. ¶Ter*tia quæſtio.An corporalia ſint uel incorporalia,& quia quarta quæſtio nõ longe ab iſta abſimilis eſt, qua ſciſcitatur,An ſint à ſenſibilibus ſeparata, uel in ſenſibilibus poſita: idcirco tertiam & quartam quæſtionẽ eodẽ fine concludã. Omnia enĩ corporalia ſiue,ſubſtãtiæ corporeæ ſunt ſenſiles,& oẽs incorporeæ ſubſtãtiæ inſenſiles. Ex pſpicua diui Auguſtini explicatione unà cũ Platonis eadem intelligentia,liquido conſtat rationes rerũ & ideas quia ſunt in mente diuina,eſſe incorporeas & inſenſiles, & unãquãq; rem cuius eſt idea per intelligẽtiam quatenus ab intellectu cognoſcitur, eſſe inſenſilem & incorporeã.Boëtius enodãs quæſtionẽ tertiam, diſſerit ad hunc modum:ſi corporibus iuncta fuerint,inſeparabilia à corporibus ſint. ſi uero incorporalibus,nũq̃ ab incorporalibus ſeparẽtur.Ammonius teſtatur Ariſtotelẽ in his diſſentientẽ à Platone dixiſſe, huiuſmodi ſpecies non poſſe ſeparari à materia,Platonẽ uerò oppoſitũ dixiſſe. deinde ſubnectit Ariſtotelẽ ſibi uideri nõ niſi naturaliter eas intellexiſſe,Platonẽ uero diuinè.* ¶*Porphyrius,quos uult imitari pdit & indicat, neq; more cornicularũ huius diſciplinæ inuentionẽ arrogãter ſibi uendicat:ſed quæ ab antiqs & præſertim peripateticis rectè didicit,compendiario opere,breuiq; introductiuncula pollicetur ſe demonſtraturum. peripatetici in comparandis Philoſophiæ ſtudijs ſummum adhibuerunt conatum, maximeq; diligentes fuerunt. peripateticorum autẽ appellationem hinc*

ortam eſſe aiunt:Solebat *diuinus* Plato *in* Aca*de-mia frequenter cum familiaribus, deambulando'ſe exercere:ut per exercitationem(quam magnopere cõprobabat)corpus aptius ad ſuſcipiẽdum animæ ſplẽdorem redderet*.Itaq; *qui cum* Platone *in* Aca*demia erãt,à deambulãdo ſunt peripatetici cogno minati*.Poſt Platonis *uerò interitum*,Ariſtoteles ac Xenocrates *diſcipuli,gymnaſio ſucceſſere*:Ariſtote*les in* Lyc*æo*,Xenocrates *ĩ* Acad*emia*. Qui Ariſtote*lẽ ſecuti,peripatetici ex* Lyc*æo dicebantur:q* Xenocra*tẽ,peripatetici ex* Acad*emia*.Mox qui cum Ari*ſtotele erãt,obſoleta loci cognominatione ex actio-ne dicti tantum peripatetici:qui uerò cũ* Xenocra*te,cõtrà,uocabulũ ipſum loci tenuerũt,atq; actio-nis cognominationem perdidere:uocatiq;* Academi*ci.de hac diuerſitate lege* Ciceronem 3. *de* Oratore, *&* Auguſt.*lib*.8.*de ciui.dei,cap*.12.Et *cũ dicit* Por*phyrius ſe imitaturum peripateticos, non ſolum* Ariſtotelicos *(quod tamen aliquando ignauiſſimi & balbi ſomniarunt)intelligit,ſed quòd magis pe ripateticum agat quàm* Academicum : *nec latum (ut aiunt)unguem à* Platone *diſceſſit* . Diuus Au*guſtinus ita ſuum* Platonem *laudauit, ita extulit & commendauit, ut eius opera* Ariſtotelis *operi-bus prætulerit*. In *octauo libro de ciuitate dei,ca*. 12. *dicit* Ariſtotelem Platonis *diſcipulum, uirum fuiſſe excellentis ingenij, ſed eloquio* Platoni *im-parem* . *Tanta quippe fuit eloquentia* Plato, *ut uulgatum fuerit apud ueteres illud*, Iouem *græ-cæ loqui ſi uellet, non aliter locuturum, quàm*

Platonē. Ioannes Ludouicus Viues doctiſſimus interpres librorum Aug. de ciui. dei, non temere ſcribit ad illud caput Augu. modo citatum, Platonē ab Ariſt. ſciētia artis rhetoricæ ppemodū uinci: tā etſi uſu atque exercitatione Ariſtoteles ſit haud dubie inferior, amauit enim ſemper Ariſt. breuitatē rerū ac ſententiarum: ne ſi extenderet ſingula, fuſeque perſequeretur & copioſe, res in infinitum traherē-tur, & artis præcepta teneri difficile poſſent: ita tamē Ariſt. prædicat, & eius ingenium extollit, ut nemini eum exiſtimet eſſe ſecundum, qui uariarū rerum cognitione Platone ſuperior fuit, artificio uerò omnes, qui ex ōni memoria humanas tractauerunt artes, longo interuallo poſt ſe reliquit.

De genere Scholia.

CVm de quinque uocibus cognitu neceſſarijs (quas latini prædicabilia uocāt) laconica breuitate differere inſtituerimus, eā cōmodā ſcribendi ſeriē quā nobis Porphy. æmulandā reliquit, ſectari cōtēdemus. Primū de genere felicius auſpicabimur. quandoquidē Porphy. poſtq̃ iuſſit ab arduiſſimis quæſtionibus abſtinendū, & ſolum mediocres & faciliores coniectandas, merito uoluit ad quinq; uocum inſtitutionē deſcendēs primū de genere differere: tum quia, ut dicit Ammonius in ſua ad Porphyriū elucubratione, ordinē habuit primum: tum quia plures ſub ſe ſpecies cōprehendit. Eſt autē genus ſpecie prius per cauſam. Nam quæcunq; per ſubſtantiæ rationem priora ſunt, eadem

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

per cauſam ſunt priora: ſed genus per ſubſtantiæ rationē eſt ſpecie prius: ergo per cauſam eſt prius. Minor probatur. *Quæ ad aliquid ſunt, neceſſe eſt ſubſtantias his priores eſſe quæ ad aliquid futura ſunt: ſed genus eſt ad aliquid ex* Porphyrio *& ex* Ariſt. *etiam ut ueritas indicat: ergo idipſum neceſſe eſt ſubſtantia eſſe prius his, quæ ad aliquid futura ſunt.* Maior probatur. *Cuiq; ſatis perſpicuum eſt filiū nō eſſe, nec ad patrē referri niſi patris ſubſtantia fuiſſet, cum ſubſtantia huiuſmodi reſpectus ſequantur.* Aliter *poteſt probari, ꝙ genus per ſubſtantiæ rationē & ſecundū naturā ſit ſpecie prius: illa ſunt priora ſecundū ſubſtantiæ rationē, & ſecundū naturam, quibus alia cōſtituuntur: atqui ex genere conſtituitur ſpecies, partim quidem, ut homo, partim ex animali, & non ediuerſo: igitur genus eſt ſecundum ſubſtantiæ rationem, & ſecundū naturam, ſpecie prius.* Ad *hæc, ſimpliciora compoſitis, natura priora ſunt, ſed genus ſpecie quam cōponit cum differentia, eſt ſimplicius: igitur natura prius.* Tum *etiā illa priora ſunt ſecundū naturā, quæcūq; eſſe ſine alijs poſſunt, & ſine quibus alia nequeunt eſſe,* 11. *cap.* 5. Metaphy. *ſed genus poteſt eſſe ſine ſpecie, ut animal ſine homine (nec loquor de genere actu) nō autem ſpecies ſine genere, ut homo ſine animali ſubſiſtere nequit: igitur genus ſecundum naturam prius eſt ſpecie.* Porrò *illa priora ſunt natura, à quibus non conuertitur ſubſiſtēdi cōſequentia, ut dicit* Philoſophus *in poſtprædicamētis cap.* Prioris, *ſed à genere ad ſpeciem non*

conuertitur cõſequentia:igitur genus natura prius eſt ſpecie.minor probatur: licet animal ſit,ſi ſit homo:non tamen oportet hominem eſſe, ſi ſit animal. Tum *etiam,Omne diuiduũ natura eſt prius partibus quibus illud diuiditur: ſed genus diuiditur in ſpecies,ergo genus eſt natura prius ſpeciebus.* Ex *antiquitatis præſtantia genus cognoſcitur ſpecie prius: nam ſpecie,differentiá,& reliquis longe eſt antiquius, quare non inconſulte* Porphyrius *illud (cum antiquius fuerit)ſpeciei,differentiæ,& reliquis præpoſuit.* Simili *ordine & natura utitur in omni generatione.* Primo *ſemen ſuſcipiens, uitale facit:deinde uim ſenſus contribuens, facit eſſe animal:demum concupiſcentia prænunitum,facit irrationabile animal: poſtremo perfectã illi rationem præbens,facit hominẽ animantiũ nobiliſſimũ.* ¶*Inſiſtet aliquis,ſi genus ſpecie eſſet prius, ipſum & ſpecie eſſet notius:ſed conſequẽs eſt falſum,igitur.maior probatur: quæ priora ſunt,eadẽ & notiora dicuntur.minor probatur: ſpecies eſt genere notior,ergo genus non eſt ſpecie notius. cõſequẽtia eſt bona,alioqui idem eſſet notius & minus notũ, aut ignotius.antecedens probatur: illud altero eſt notius,quod prius intenditur à natura: ſed prius natura ſpeciẽ intendit q̃ genus, ergo ſpecies eſt genere notior.* ¶*Vt illud diſſoluatur argumentũ, de notioribus fiet adnotatiũcula.* ¶*Aliquid eſt altero notius natura quadrupliciter.* Primũ*:quia alio eſt perfectius.ſic loquitur* Philoſophus 2. Metaphyſi. *capite primo, dicens intellectum noſtrum ſe habe-*

re ad manifeſtiſſima naturæ, ſicut oculus noctuæ ſe habet ad lucem ſolis. Secundo, quia illud prius intenditur à natura: & hoc modo loquitur Auicenna primo ſuæ Metaphyſi. dicēs ſpeciem ſpecialiſſimam eſſe magis notā natura genere, uel indiuiduo, quia illam magis intendit q̃ indiuiduū, uel genus. Tertio, quia poteſt cognoſci ſine alio & non cōtrà. quomodo loquitur Philoſophus 5. Metaphyſices, ca. 11. dicēs: Prius ſecundum naturam eſt illud, quod poteſt cognoſci ſine alio, & non contrà. iſto modo genus eſt notius natura q̃ ſpecies. Quarto, quia ab illo natura incipit ſuam actionē, & hunc prætendit modum. Commentator primo Phyſi. dicens cauſas rerū naturalium eſſe notiores apud naturā rebus naturalibus, quia natura facit ex cauſis compoſita: hac adnotatiuncula formata, facile erit obiectionem diluere uarijs tantū rationibus pugnantem, concedendum erit genus eſſe & prius & notius natura ſua ſpecie tertio modo, ſed nō ſecundo, nec putes abſonum eſſe alterū notius & ignotius diuerſa ratione. Genus ſiquidem, eſt ſpecie notius, quatenus poteſt ſine ſpecie cognoſci, ſed non cōtrà. Species uero, eſt genere notior, quatenus prius à natura intenditur. ¶ In his uocum auſpicijs utitur Porphyrius regula quadam Ariſtotelica, quæ iubet eum qui de aliquo æquiuoco nomine (ſub quo plura continentur) loqui contendit, oportere primū illius nominis multiplicis ſignificationem explicare: deinde in eam, de qua futurus eſt ſermo commigrare ſignificationē. Conſueuit enim plerūq; homony-

mia,id eſt,æquiuocatio animis auditorum obſcu-ritatem & ambiguitatem ingerere: & ut eā diri-meret Porphyrius,*tres generis formulas diuerſa ra-tione intelligendas relinquens,inquit in exordio de genere.* ¶Videtur autē neq; gen⁹,neq; ſpecies ſimpliciter dici. ¶Genus dicitur aliquorum quodam modo ſe habētiū ad vnum aliquid, & ad ſeinuicem collectio:ſecundum quam ſi gnificationem Romanorū dicitur genus ab vnius ſcilicet habitudine,ſcilicet Romuli.

¶Hoc *genus primo eſt quædam collectio aliquo-rum ad aliquid unum,ut ad primum originis & proſapiæ patrem inter ſe affinitatis habitudinem & reſpectum habentiū: quæ quidem copulatio,& affinitas ab illo principio pendet, & hæc prima generis ſignificatio duos habet relationis habitus.* Alterum *multitudinis ad unum, ut* Romulidarū *genus ad* Romulum*: à quo multitudo illa & co-gnationis affinitas principium ſumpſit. ita &* Heraclidarum *ad* Herculem, *quatenus ab* Hercule *genus contraxerunt.* Alter *relationis habitus eſt multitudinis ad multitudinem. ut* Romulidarum, *ſeu* Heraclidarū,*quatenus alij alijs dicūtur auun-culi & nepotes.* Si *nō indignum neq; impium ui-deatur humanis diuina cōmiſcere, quis nō dicet à* Deo *optimo conditus,nos ōnes hac generis formula ipſius dei omnipotentis eſſe genus? quod approbat lux gentiū* Paulus Actorum 17. *impiā* Athenien-*ſium religionē acriter obiurgans, qui creaturā au-ro & argento ſplendide exornatam colebant. in-*

quit enim de ꝑpetuo, unico & immortali Deo diſſerens, In ipſo uiuimus & mouemur & ſumus, ſicut & quidã ueſtrorũ poëtarũ dixerunt, Ipſius enim & genus ſumus. genus ergo cũ ſimus dei, nõ debemus exiſtimare auro & argento, aut lapidi ſculpturæ artis & cogitationis hominis diuinum eſſe ſimile. Hunc poëtam ferunt fuiſſe Aratum, cuius authoritatẽ plurimi faciebant Athenienſes. Sciant omnes, nos eſſe filios dei nõ natura, ſed eius ſpiritu æditos, uoluntate creatos, & per fidem Chriſti adoptatos, ut luculentiſſime oſtendit Paulus ad Romanos 8. dicens ad hunc modum: Quicunq; ſpiritu dei aguntur, ij ſunt filij dei. Non enim accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum in quo clamamus, Abba, pater: ipſe enim ſpiritus, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, ꝙ ſumus filij dei. Si autem filij: & hæredes. hæredes quidem dei, cohæredes autẽ Chriſti.

¶Genꝰ ſecũdo, eſt vniuſcuiuſꝗ generationis principiũ, vel ab eo qui genuit, vel à loco in quo quis genitꝰ eſt: ſic dicimus Oreſtẽ à Tãtalo habere genus, & Aneã ab Anchiſe. loci autẽ genere dicimꝰ Aeneã eſſe Troianũ, & Platonẽ Atheniẽſem. ¶*Porphyriꝰ late explicat quod ſuperius preſſo breuitatis uinculo colligauerat. etenim dixerat paulo ante genus primo, eſſe quorundã ad unum collectionẽ, ſed obſcurũ erat, quidnã ipſo uno innuere uoluiſſet, nũc autẽ planè innuit, aut eſſe genitorẽ, aut locũ ĩ quo quis ſuã traxit originẽ, quem patriam dicunt, cuius dulcedine*

allicinntur omnes & trahũtur. ¶Etenim patria principiũ eſt vniuſcuiuſq; generationis quẽadmodũ & pater. ¶*Diuus Ambro.li.i.de uirgini hu- ab hac non diſcedit ſententia dicens, ibi eſſe patriam, ubi eſt genitale domicilium: hinc in cælo eſſe patriã caſtitatis.* Hierony. Tomo 2. *ep ſto, aduerſus Heluidiũ, uocat familiam, patriã, & paternitatẽ: cum ex una radice, multa generis turba diffunditur.* Eraſnus *in ſcholijs illius epiſtolæ dicit, quod* Latini *uocãt patriam,* Græcos πατρίδα *uocare:* πατρίαν *autẽ, quod nos gẽtẽ ſiue familiã. & nõ erit abſurdũ, oĩa quæ ad ortũ genitalẽ ptinẽt una ſignificatione generis contineri.* Et *hæ duæ generis definitiones analogia tãtum logicæ generis deſcriptioni cõferunt, quare ad genus de quo ſuſcipitur ſermo apud logicos pgrediendũ erit.* ¶Genus tertio, dicitur cui ſupponitur ſpecies, id eſt genus eſt prędicabile cui pprie ſubijciũtur ſpecies. ¶*Nam genus ut aĩal de ſuis ſpeciebus, ſcilicet hoĩe & equo in quid prædicatur. quærenti quid eſt hõ: cõmode reſpondebitur, eſt aĩal, & eadem animalis ratio alteri cõpetit.* Eſt *enim animal terminus, ſuarum ſpecierum ſimilitudinẽ explicans.* Nam *quemadmodum homo eſt animal, ita & equus: & quæcunq; animalis differẽtia cõſtitutiua magis ppria de una ſpecie prædicabitur, etiam de altera. ut ſi homo eſt ſenſibilis, equus eſt ſenſibilis, cũ utrũq; ſit animal.* Boëtius, *genus tertio in hũc modũ explicat:* Genus *eſt cui ſupponitur ſpecies, id eſt, genus illud eſt, à quo ſpecies deriuantur, quod ait* Porphyrius.

¶Ad horũ fortaſſe ſimilitudinẽ dictũ: etenĩ principiũ quoddã eſt huiuſmodi genus,earũ quæ ſub ipſo ſunt ſpecierũ. Videtur etiã multitudinẽ cõtinere omnẽ ſpecierũ quæ ſub eo ſunt: hactenus Porphyrius. ¶*Sic enim genus ſpeciebus ſuis principiũ eſt,ut Romulus ijs qui ab eo cognati ſunt iunctiq; Romani. & queadmodũ nomine Romuli, Romani omnes cõtinentur,ita nomine generis,ſpecies cõtinẽtur. Et quemadmodum à Romulo Romulidæ prioris nomen Romuli in ſe ſe ipſos poſteriores accipiũt,ita ab animali, ſpecies homo,equus, animalis nomen recipere ut dicantur animalia,non recuſant. Eodem igitur modo ſpecies ſub generibus continẽtur:quo cognati homines ſub illo à quo illam cognationem forte traxerunt. Nam & genus ſpeciebus principium eſt, & plurimarũ in ſe ſpecierum collectiuum,ut animal eſt principium & quoddã primum à quo fluxerunt ſpecies, homo,equus,& ita de ſingulis:quæ non minus & obſequi debent illi & ſubijci,q̃ qui à Romulo proſapiam ſumentes,ipſi Romulo deducuntur. & continet multitudinem ſuarum ſpecierũ,ut totũ uniuerſale,continet equidem & prædicando & ſignificãdo. amplioris enim ſignificationis eſt & prædicationis animal q̃ quæcunq; ſuarum ſpecierum. Nam nihil ſignificat ſpecies illius,nec de aliquo prædicari poteſt,quin & illud:at nõ contra,licet ſuis ſpeciebus ꝑ diſiunctionẽ ſumptis non ſit cõmunius, ſed æquũ:ut in hac prædicatione homo uel brutũ eſt aĩal,æquũ,id eſt,cõuertibile de æquo prædicatur:*

nec illa eſt prædicatio alicuius prædicabilis, cum animal illius diſiūcti nō ſit prædicabile, licet partium ſigillatim. ¶ *Obijcies: eſt prædicatio propria, igitur eſt prædicabilis prædicatio. antecedens pro- ... æquū de æquo prædicatur, igitur eſt prædicatio propria. ꝓbatur cōſequētia, dicit Porphyrius cap. de ſpecie. æqua de æquis prædicari.* ¶ *Reſpondebis negando talem prædicationē eſſe propriā, & neganda eſt conſequentia. Cum enim dicit Porphyrius æqua de æquis prædicari: loquitur de æquis quæ ſunt ꝓpria quarto ſuis ſpeciebus, & eius exemplū, ut hinnibile de equo nobis fidem facit. & ſi contendas de æquo, ut ſumit Porphyrius: negandum erit antecedens conſequentiæ propoſitæ.* ¶ *Cū nulla fuerit generis ſignificatio quæ nō aliquid cōtineat à quo aliud diſcrepat, expediens erit oſtendere diuerſam unius ab altero naturā. Genus primo, ut diligens eſt apud Fabrū adnotatio, continet in ſe collectionem multorū, ut totū integrale & collectiuum, ſuas partes. Genus uero tertio, continet ſub ſe multitudinem ſpecierum, ut totum uniuerſale ſub ſe ſuas cōtinet ſpecies, quæ & dicuntur eius ſubiectiuæ partes. Genus ſecundo, contentorū principium eſt effectiuū, & cauſa efficiens. Genus uero tertio, ſuarū ſpecierū principium eſt definitiuū. Id alicuius principiū eſt definitiuū, quod definitionis illius pars eſt. Definitionis partes duæ ſunt, genus, quod quadā analogia uocatur materia: & differentia, quæ eius nominatur forma, ut oſtēdemus in tertio prædicabili.* ¶ *Scrupum mouent nonnulli,*

quare Porphyrius in generis exordio dixit, uidetur autem neque genus. Nec ad eos qui infantiſſimè loquuntur confugias, aſſerentes Porphyriũ libere, & abſq; ratione id dixiſſe. Si enim dixiſſet genus ſimpliciter dici, nõ uiderẽtur generis acceptiões diſcrepare, cum cuiq; ſimpliciter & abſq; ullo diſcrimine cõpeteret. ¶Soluit nodũ Boëtius, dicens Porphyriũ cautiſſimè illud uerbũ, uidetur, addidiſſe. si enim nihil hæc omnia diſtarent, una ſignificatio generis eſſet, & ea qua in ſpecies funditur, & ea qua in cognationem diuiditur. ¶Sed eſt inter hæc genera talis diuerſitas: ꝙ genera earũ ſpecierũ quæ ſub ſe habent alias ſpecies æquæuis ſpeciebus æqualiter ſunt genera: hominẽ enim & equũ qui ſub animali ſunt: neutrũ neutro dicere poſſumus prius, quantũ pertinet ad tempus inchoationemq; naſcendi. Nam ſi qua res una ſit prior, altera poſterior, & eas ſub uniuſcuiuſq; generis nomine quis uelit captare, non poterit: genus enim ſuis ſpeciebus æqualiter genus eſt. etiam ſi genus ſuis ſpeciebus æqualiter genus eſt: ſpecies ipſæ eius oriri inter ſe æquali tẽpore ortuq; cenſentur. At uero in generibus quæ cognationes efficiunt, nõ ita eſt. Quiſquis enim fuit Capys pater, qui Capuã condidit, ſi ſolum filiũ Capym progenuit, & ab uno Capuanorum cognatio manauit: diſtat à genere cui ſpecies ſupponuntur, quòd genus uni ſpeciei genus nunquam eſſe poteſt niſi pluribus. quod quoniam eſt idoneum genus illud, id eſt, principiũ cognationum, etiam ab uno filio colligere & congregare cognationem, quod ge-

nus per ſpecies ductum facere non poteſt, niſi plures ſpecies ſupponãtur: cõſtat in hoc diſtare genus, quod cognationẽ colligit, & à quo ſpecies diuidun tur. poteſt autẽ in hoc diſtare etiã, ꝙ genus, id eſt, principiũ cognationis, poteſt habere ſub ſe duos ex ſe non æquali temporis conditione progenitos: ſed alium poſterioris ortus, alium uero ſenioris, quod in generibus ſpeciebúſque non conuenit. hactenus Boëtius. ¶*Alia agitatur ambiguitas, quam ob cau ſam Porphyrius primi generis ſignificationẽ in prõ ptu potius dixerit q̃ ſecundi, cũ genus ſecũdo multo ſit notius naturæ: quæ ſemper ex uno unũ prius facit, q̃ ex multis multos. At ex genere ſecundo tanquã cauſa efficiẽte fit unũ. Ex genere uero primo fit multitudo, igitur ſecũdam generis acceptionem debebat primæ præferre.* ¶*Diluit ambiguitatem Ammonius, aſſerens ſecundam gèneris acceptionem quæ eſt quo ad nos ſecunda, quo ad naturam eſſe primã. Primo enim ab Hercule fit unus, deinde plures. Prima uero ſignificatio quæ eſt quo ad naturã ſecunda, quo ad nos eſt prima. Nã quæcunq; ſunt priora natura, nobis fiũt poſteriora: & ecõtrario, quæcũq; ſunt nobis priora, natura ſunt poſteriora. ut priora natura ſũt primũ materia & forma, mox quatuor elemẽta, deide caro, nerui, oſſa & cæteræ eiuſdẽ generis partes, poſtremo homo. fertur nãq; natura à ſuperiorib⁹ ad inferiora: nobis uero qui reſupine ſemper quæ inferiora ſunt aſpicimus, quíque à proximioribus ad remotiora, hoc eſt, ab ijs quæ adſunt, ad ea quæ longe à cor-*

poribus abſunt, deducimur. primum à nobis cognoſcitur homo, deinde ea ex quibus componitur, oſſa, nerui: mox quatuor elemẽta, poſtremo materia & forma. Quare quæ ſunt priora natura, nobis ſemper ſunt in cognitione poſteriora: & quæ ſunt natura poſteriora, cognitione nobis fiunt priora. Non immerito Porphyrius primã generis naturam nobis priorem ſecundæ prætulit, & quòd diſciplinis accommodatur, docuit. Nam in omni præceptione diſcentibus tradenda, ea priora ſunt, quæ nobis ſunt manifeſta. Vnde philoſophus primo cap. primi Phyſicorum dicit à notioribus nobis ad minus nota procedendum eſſe. Et ingenitam nobis eſſe uiam ex nobis notioribus & certioribus, ad notiora & certiora natura. ¶ Alia emergit apud quoſdam dubitatio: quare Porphyrius in hoc loco de genere diſſerens, meminit ſpeciei, & non aliorũ prædicabilium, cum ait: Videtur autẽ neq; genus neq; ſpecies ſimpliciter dici. ¶ Reſpondetur, docentem quæ ad aliquid ſunt, unius & alterius meminiſſe. Cum igitur genus & ſpecies ſint ad aliquid, & mutuo ad ſeinuicẽ referãtur, eum oportuit de ſpecie ad genus comparata, mentionem feciſſe. Et quãuis alia prædicabilia ſint ſignificationis multiplicis, illa tamẽ, prolixitatem uitans, ſubticuit: & ſpeciẽ tantum cum genere nominauit. ¶ Aliũ torquent ſcrupum, Cur Porphyrius genus cæteris in diſpoſitionis ordine uocibus prætulit, cum genus ad ſpeciem referatur, & ea definiatur. Definitio autẽ, eſt definito lucidior. ¶ Hunc diluit ſcrupum Boëtius dicẽs

id iure factũ. Omne enim quod uniuerſale eſt, intra ſemetipſum cætera concludit: ipſum uero non magnitudine clauditur: maioris itaque meriti eſt, ac principalis naturæ, illud quod ita cætera coercet: ut ipſum naturæ magnitudine nequeat ab alijs contineri. Genus igitur ſpecies intra ſe poſitas habet, & earũ differẽtias, ꝓpriaq́ꝫ, nihilominus etiã accidẽtia: atqꝫ ita de genere inchoandũ fuit, q̃d cætera naturæ ſuæ magnitudine coercet & continet. ❡Præterea illa ſemper priora ſunt, quæ ſi auferat quis, contenta cætera perimũtur. sed ſi quis genus (ut animal) auferat, cætera ſcilicet ſpeciẽ, differentiam, propriũ & accidens interimi neceſſe eſt. Nã interempto animali, nõ ſubſiſtit homo, rationale, riſibile, nec accidens hominis remanet, nec quoduis aliud genus ſubſequens. ❡Contendet quiſpiam in Porphyriũ, probãdo genus non eſſe æquiuocum, ſeu multiplex ad illas tres acceptiones. Quicquid à genere in ſpecies diducitur, eſt uniuocũ & nõ multiplex. Sed genus in illas tres acceptiones tanquã in ſpecies diducitur, igitur eſt illis uniuocum & non multiplex. ❡Diſſoluitur argumentũ cõcedendo maiorẽ & negando minorẽ: ſatis cuiqꝫ eſt perſpicuum hoc nomẽ genus nõ eſſe genus, nec idipſum in illas tres formas ſeu partes partiri uniuoce. Sed Porphy. nomen generis hoc modo in tres diuidit partes: ut dicat uocari ſemel genus, eorũ inter ſe plurimorũqꝫ collectionẽ, qui ab uno quocũqꝫ nomen generis trahũt. Secũdo loco dici genus affirmat, ut cuiuſqꝫ generationis principiũ, aut à generante, aut à loco

in quo quis genitus eſt. Tertium *uero genus dicitur illud cui ſupponitur ſpecies: & q̃uis una ſit dictio illis tribus formis eadẽ, ratio tamen ſubſtantiæ eſt diuerſa: cũ alia ſit ratio, cur dicatur genus primo, & ſecundo, & tertio.* ¶Cũ *ſolũ de genere tertio diſſerant philoſophi, & de eo dilucidius ſermonẽ faciãt, ac illud uerè genus logicũ dicatur: id affirmabitur genus, quod de pluribus & differentibus ſpecie in eo quod quid eſt prædicatur, ut aĩal.* Tria *hæc obſeruãda ſunt in genere: ut de pluribus prædicetur: ut de differẽtibus ſpecie: ut in eo q̃d quid: quæ huic prædicabili aĩal cõpetunt.* Nam *de pluribus, ſcilicet homine, equo, aſino, p̃dicatur: de differentibus ſpecie, cũ illæ ſpecies ſint diuerſæ & nõ ſynonymæ: in eo quod quid. nam ſi quæratur quid eſt homo uel equus, bene & aptè reſpondetur, eſt animal: licet non quicquid de homine, aut equo interrogaueris, mox aĩal reſpõdebis.* Nã *ſi q̃t⁹ aut qualis ſit hõ interrogaueris, aĩal nõ reſpõdebitur, cũ illa eſſet aĩalis inepta reſponſio, licet apta ſit illi interrogatio p quid. & ſolũ illa, cui cõuenienter reſpondet.* Quare *hoc argumentũ non erit logicũ: nõ quicq̃d de ſpecie aĩalis interrogaueris: mox aĩal reſpondebis, ergo aĩal de ſuis ſpeciebus non p̃dicatur in quid: nõ enim oportet quicquid de ſpecie interrogaueris, mox genus reſpõdere, ut dicatur prædicari in quid: cũ interrogationes q̃to aut quali deſignatæ, nõ illi congruant: licet apta ſit illi, & utilis interrogatio per quid de ſubſtãtia peruestigans, cui cõmode reſpõdet.* ¶*Obluctaueris argumẽto* Laurentij. Interroganti

quid ſit res, impendenda eſt pro reſpõſione tota definitio: ſed interroganti quid ſit hõ, cũ reſpondetur animal, non impeditur tota hominis definitio: etiã per obſcurius reſpõdetur, igitur aĩal non prædicatur in quid. ¶*Reijcienda nõ apparet hæc obiectio, quã apertè diluit Agricola li. 2. de inuentione dialectica cap. 7. dicens, Quòd dicimus autem quæſtionem generis eſſe interrogationĩ quid eſt incluſam, id uerũ eſt, quoniam bene reſpondetur quid eſt homo, eſt animal: uerũtamen nõ ſic, ut tota interrogationẽ abſoluat. niſi addideris enim uel differẽtiam uel proprium, non uideberis ſatiſfeciſſe quæſtioni. Quo fit, ut cũ de ſolo genere quæramus, ſolitum ſit interrogari, non quid eſt, ſed cuius generis rerũ eſt. Vt cuius generis rerũ eſt lumẽ: ſubſtantia ne an accidens? Et ſentire, non quid eſt interrogamus, cum ſcire tantum uolumus agere ne ſit an pati: ſed ad quod genus pertineat, actionis ne an paſſionis. hæc ille. Alij dicunt obiectionẽ planè oſtendere diminutam eſſe reſpõſionẽ, ſi quid fuerit quæſitiuum definitionis. Si tamen fuerit quæſitiuũ prædicabilis, ut prætendit Philoſophus, primo topicorũ, apta eſt reſponſio.* ¶*Differentia ſpecie hoc in loco, ſunt ſpecies non ſynonymæ, ad quas & diuerſarum ſpecierum indiuidua reducuntur, ut homo, equus, aſinus, leo. Sunt enim ſpecies non ſynonymæ, cum eis diuerſæ propriæ rationes & notiones reſpondeant: & ad illas ſpecies, hæc indiuidua, hic homo, hic equus, hic aſinus, hic leo reducuntur. Nam primum ſub prima ſpecie, ſecundũ ſub ſecunda, & ita ſecun-*

dũ ordinẽ de alijs dicendũ eſt. Non enim differunt ſpecie indiuidua, niſi quatenus ſub diuerſis ſpeciebus cõtinentur. & hæc differẽtia à poſteriori dici poterit. ¶Conflictabitur quiſpiã in illã generis deſcriptionẽ, hæc uox animal non ingrediens propoſitionẽ eſt genus, & tamen non prædicatur de differẽtibus ſpecie in eo quod quid eſt, igitur. minor ꝓbatur: de nullo ſubijcibili dicitur, igitur non prædicatur. conſequentia eſt bona: nam quæ de aliquo prædicãtur, & de eodem dicũtur: ſi igitur de nullo ſubijcibili dicatur, de nullo prædicatur. ¶Reſpõdebis concedendo illã uocem nondum in propoſitionem deſcendentem eſſe genus, & negabis illam non prædicari de differentibus ſpecie. Nam prædicari in diſciplinis, pariter alia uerba in definitionibus poſita, non actũ nobis denotant, ſed aptitudinem: prædicari igitur, eſt terminum eſſe natum & aptũ de aliquo prædicari, & queãdmodũ ſemper prædicatur animal, q̃uis nihil ei actu ſubijciatur: ita dicitur de ſpecie & indiuiduis. Semper enim ſuperiora dicũtur de ſuis inferioribus, eo ꝙ idoneam ſemꝑ habeãt de ipſis prædicãdi naturã. ¶Obijcies: ſi unica eſſet animalis ſpecies, aut ſolũ unum aĩal, animalis nomen eſſet genus, & tamen nõ prædicaretur de pluribus differẽtibus ſpecie in eo ꝙ quid eſt, igitur. ¶Iam diximus genus in eo ꝙ genus, ad ſuas referri ſpecies: & genus uni ſpeciei non poſſe eſſe: niſi & pluribus fuerit principiũ & cõmune: eo autẽ ad quod refertur correlatiuo interẽpto, perit & genus. ridiculũ cenſeo plurimũ, ſimilia à multis

garrulè diſcuti. Nā ratio generis eſt, ut primū & ꝓximè de ſuis prædicetur ſpeciebus, & de indiuiduis ſcđo. Si igitur ſpecies nō illi ſubſternantur, & ſubiciātur ꝑut ſua expetit natura, nō magis uidebitur eſſe genus q̄ homo. Omitto ꝙ ab ineptiſſimis dici ſolet idipſum adhuc eſſe genus, quāuis illi unica ſpecies famularetur, ſufficit tamen potentia plures ſpecies poſſe illi ſubijci. Alij dicunt ipſum eſſe genus potentia. mittamus hæc ſomnia. Nā genus eſt cui ſupponuntur ſpecies. Si igitur ſpecies illi minimè ſupponantur, excidit à generis appellatione. ¶ *Amplius contendes: genus, ut innuit Porphy. eſt cui ſupponitur ſpecies, igitur genus poteſt eſſe tātum uni ſpeciei genus.* ¶ *Diximus ſcđm Boëtium illā definitionē ſanè in hunc modū eſſe intelligendā, genus illud eſt à quo ſpecies deriuātur. & Porphyrius accōmodans illi deſcriptioni uerbū ſingularis numeri, nolebat ſignificare & indicare genus unica ſolum cōtineri ſpecie. Nā dicit aīal, cum ſit genus, de homine, & boue, & equo prædicari: & niſi quis cæcutiat, facilè conijciet his uerbis, cū ſit genus, id eſt, cum generis ratio & nomē illi competit de pluribus ſpeciebus prædicari. Etiam nomine ſpeciei plures complectitur ſpecies. & ꝙ ita dicendum fuerit niſi rationis metas tranſilire uelimus, ſatis nitida philoſophorum de genere definitio, monet & ſuadet, quæ tertiam Porphyrij de genere definitionem dilucidat.* ¶ *Contendet & alius, ꝓbando aīal eſſe genus, cui ſolum una ſpecies ſubijcitur. Animal prædicatur de pluribus differētibus*

ſpecie in quid, ergo eſt genus. antecedens probatur. Eſt aptum prædicari de pluribus differentibus ſpecie in quid, ergo pdicatur de pluribus differētibus ſpecie in quid. Conſequētia eſt bona: nā prædicari, ut fuit dictū, denotat aptitudinem. antecedens autē eſt uerū, igitur & conſequēs. ¶ Quis reſpōderet negando hanc conſequentiam: eſt aptum prædicari de pluribus differentibus ſpecie, ergo prædicatur de pluribus differētibus ſpecie? quāuis enim prædicari deſignet aptitudinē prædicandi, non tamen aptitudinē prædicādi de differentibus ſpecie, cū ſolū ſua ratione & uirtute deſignet aptitudinē prædicandi. Vnde cognoſcitur perſpicua quorundā hallucinatio falſo credentiū aptitudinē prædicandi illo uerbo cōprehenſam in hac enūtiatione, animal eſt aptū prædicari de differētibus ſpecie, indicare animal habere nō ſolū aptitudinē prædicādi, ſed etiam potentiā & aptitudinē prædicandi etiā de ſpeciebus quæ illi ſubijci poſſunt. Itaque talis aptitudo fertur, & in prædicationē, & in ſpecies, de quibus aīal prædicari poteſt, ſed hoc nō prætēdit Porphy. Et ſanè poſita eſt in definitione generis coniunctio copulatiua, ut cognoſcat lector ingenuus præter aptitudinē generis prædicandi de pluribus, oportere ea de quibus prædicatur, differre ſpecie. Poteſt & aliter reſpōderi, negando antecedēs iſtius cōſequentiæ, aīal eſt aptū prædicari de differentibus ſpecie in quid: ergo prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid. Nam cuiq; notum euadit antecedens eſſe unam affirmationē hac determinatione diffe-

rẽtibus ſpecie nõ ſupponẽte cõſtitutã, ideo talis ꝓpoſitio eſt falſa. Nec decurras ad ãpliationẽ, cũ nulla ſit. Nã aptitudo quæ eſt ratio illi⁹ adiectiui ſolũ rei p̃ſenti cõpetit. cũ igitur plures nõ ſint ex hypotheſi aĩalis ſpecies, talis erit falſa. Quare manifeſtũ eſt gen⁹ nõ poſſe eſſe genus, niſi pluribus ſpeciebus. Allicimur & ad dicẽdũ illud Philoſophi authoritate 3. Metaphy. dicẽtis, Impoſſibile eſt genus eſſe abſq; ſuis ſpeciebus: & 3. c. 4. Topicorũ, oĩs generis plures ſunt ſpecies. ¶ Amplius argumẽtaberis, aĩal p̃dicatur de plurib⁹ & differẽtib⁹ ſpecie in eo q̃d q̃d eſt: & tamẽ nõ eſt genus, igitur. Minor ꝓbatur, genus ad aliud refertur: aĩal ad nihil refertur: igitur nõ eſt genus. Minor probatur, animalis ſubſtantia q̃ eſt ſubſtãtia aĩata ſenſibilis, non refertur: ergo nec animal ad aliud refertur. Cõſequẽtia ꝓbatur, animalis ſubſtãtia & animal conuerſim ſe habent, & cõuertibiliũ idẽ eſt iudiciũ: ergo ſi animalis ſubſtantia non referatur, nec animal. ¶ Diluitur argumentũ, negãdo animal non eſſe genus. quando dicis: genus ad aliud refertur, at animal non refertur, ergo non eſt genus: cõcedenda eſt maior: quippe genus quatenus tale referatur. & neganda eſt minor. cum dicis: animalis ſubſtantia nõ refertur, ergo nec animal: neganda eſt conſequentia. Licet enim animal ut ſubſtantia ipſa ſenſibilis, non referatur, tamẽ animal genus refertur. Eſt enim diuerſitas animalis ut eſt ipſa ſubſtantia ſenſibilis: & ut eſt genus: ſatis enim exploratum euadit animal, ut ſupponit pro animali, non referri: tamen ani-

*malis nomen uti genus,refertur: ratio adducta ſo-
lum ſuadebat aīal ſcdm ſuã ſubſtantiam animatam
ſenſibilem non referri ad aliud:& in illo ſenſu, ſuæ
conuertitur diffinitioni. Hæc ſolutio non diſcrepat
ab erudita diuini Seuerini Boëtij doctrina. omne ge
nus(ut inquit)aliud eſt quod in ſemetipſo, atq; in
re intelligitur:aliud quod ad alterius p̄dicationem
refertur: ſua enim proprietas ipſum eſſe cõſtituit.
ad alterũ relatio,genus facit:ut ipſum aīal, ſi eius
ſubſtãtiam quæras: dicã ſubſtantiã eſſe animatam
ſenſibilem. Hæc igitur diffinitio, rem demonſtrat ꝑ
ſe ſicuti eſt, non tanq̃ referatur ad aliud. At uero
cum dicimus aīal genus eſſe,non(ut arbitror)tunc
de reipſa hoc nomen dicimus, ſed de ea relatione,
qua poteſt aīal ad cæterorũ,quæ ſibi ſubiecta ſũt,
prædicationem referri. Itaq; character q̄dã eſt ac
forma generis,in eo q̄ referri prædicatione ad eas
res poteſt,quæ cum ſint plures & ſpecie differen-
tes: in earũ tantum ſubſtãtia prædicatur. hactenus
ille. ¶Obijcies ꝓbando aīal non eſſe genus, nec ad
aliquid referri:non poteſt illud nomen de pluribus
& differentibus ſpecie prædicari: ergo non eſt ge-
nus. antecedens ꝓbatur,ſubſtantia aīalis nõ poteſt
pluribus competere:quæ eſt ratio ſeu definitio aīa-
lis:ergo non poteſt talis terminus p̄dicari de pluri
bus & differẽtibus ſpecie. cõſequentia eſt optima.
ſi enim animalis ratio non poſſit pluribus cõueni-
re,non poterit aīal de pluribus p̄dicari. Antecedens
ꝓbatur. Tota aīalis ſubſtantia eſt in uno homine,
ergo nõ eſt in pluribus. cõſequentia apparet bona.*

Nam ſi tota aīalis ſubſtantia ſit in Socrate,nō uidetur eſſe in equo,nec in alijs indiuiduis. Antecedens ꝓbatur:tota aīalis ſubſtantia eſt ſubſtātia animata ſenſibilis:& illa eſt in Socrate. ¶*Diſſoluitur obiectio,negādo aīal nō poſſe p̄dicari de pluribus differentibus ſpecie.quādo dicis: Animalis ſubſtantia non poteſt pluribus cōpetere.ergo aīal nō poteſt p̄dicari de pluribus ſpecie differentibus, negandū eſt antecedēs.nec oportet,ſi tota aīalis ſubſtātia ſit in Socrate,ipſam nō eſſe in brutis, quinimo eſt tota in quolibet aīali.nec imoror in totius argutiola,ſi capiatur ſyncategorematice aut categorematice: ut uulgares. ſed propriiſſime in diſciplinis loquor de tota animalis ſubſtantia quae uocatur ſubſtantia animata ſenſibilis: & illa eſt in quolibet animali per participationem, ut uolunt aliqui. In qua illius ſignificata tali communione non diſcrepant. ſed animalis ab animali diſcrimen ſpecificum ex differentijs deſumitur. Quod ex generis definitione, quam reliquit Cicero, primo libro de oratore,proſpicere poſſumus. Genus autem (ut inquit) id eſt, quod ſui ſimilis communione quadam, ſpecie autem differentis duas aut plures complectitur partes:ut uirtus eſt quoddā genus. complectitur enim plures partes, hoc eſt ſpecies,puta iuſtitiam, fortitudinem.quae etſi ſpecie differant, tamen communione quadā ipſius generis nulla inter eas eſt diſſimilitudo. quoniam ipſa uirtutis ratio ex aequo conuenit utriſq;.* ¶*Adhuc contendes probando animal non eſſe genus,nō praedicatur de pluribus dif-*

ferentibus ſpecie,igitur non eſt genus. Si prædicaretur de differentibus ſpecie, potiſſimum de homine & equo & aſino,ſed hoc non eſt aſſerendum:igitur.minor probatur: quæ eadem ſunt, ſpecie non differunt: ſed homo & equus eadem ſunt. igitur non differunt ſpecie. conſequentia eſt bona. nam diuerſa ſpecie non ſunt eadem. antecedens probatur: Quæ in eodem genere ſunt,neceſſe eſt ipſa eſſe eadem:ſed homo & equus in eodem genere ſunt: igitur ſunt eadem. Minor probatur ex Ariſtotele decimo Metaphyſi.dicente:Neceſſe eſt igitur in eodem genere eſſe quæ ſpecie diuerſa ſunt. Huiuſcemodi enim appello genus: quod unum & idem ambo dicuntur. ¶*Hæc diluitur obiectio diſtinguendo hominem & equum eſſe eadem: uel genere, fateor. (Nam ea genere ſunt eadem:quibus idem genus eſt principium & commune, modo animal eſt homini & equo cõmune:)uel quòd ſint eadẽ ſpecie,nego.& diſtinctio hominis& equi ſpecifica ſumitur ex parte formæ & non materia. Teſtatur enim Philoſophus in libro citato ſpecierum diuerſitatem à materia non proficiſci. Homo enim & aſinus ſunt diuerſi ſpecie,& tamen illorum materiæ ſunt eiuſdem rationis: nec putes inconueniens eadem genere,ſpecie differre.* ¶*Poteris fuſius hoc certare argumento, animal prædicatur de pluribus & differentibus ſpecie in eo quod quid eſt: tamen non eſt gnus, igitur. Minor probatur: nulla ſpecies eſt genus: ſed animal eſt ſpecies: ergo non eſt genus. conſequentia eſt ſyllogiſmus in quarto*

modo primæ figuræ: antecedens eſt uerum, igitur & conſequẽs. Maior probatur: *ſpecies generi ſubijcitur: ergo ſpecies non eſt genus.* Minor probatur: *eſt ſpecies corporis animati: ut innuit* Porphy. *igitur eſt ſpecies.* ¶Hoc *argumentum probat animal, cuius eſt ſpecies, non eſſe genus: quod diffidendùm non eſt.* Eſt *genus in eo, quòd ſuis ſpeciebus eſt commune & principium, de quibus in eo quod quid eſt prædicatur.* Et *eſt ſpecies corpori animato ſubiecta: cum hæc prædicatio, animal eſt corpus animatũ, ſit generis de ſua ſpecie.* Et *quanuis aliqua ſpecies media, quam uocãt ſubalternam, ut animal, prædicetur de pluribus & differẽtibus ſpecie in eo quod quid eſt: non tamen ut ſpecies, ſed in eo quòd genus.* Nam *cum ſibi competit talis prædicatio, forma ſpeciei, ut dicit* Boëtius, *tranſit in genus.* Et *illius ſyllogiſmi ad rationem adducti maior ſimpliciter eſt falſa.* Sed *eam concedimus in eo quòd ſpecies & ſpeciei forma conſideratur.* ¶In *ſolutionem inſurges:* Si *animal in eo, ꝙ ſpecies non prædicetur de pluribus & differentibus ſpecie in eo quod quid eſt, igitur quatenus ſpecies ſolum prædicabitur de pluribus numero differẽtibus. cõſequẽtia eſt bona.* Nã *ſpecies ſolũ prædicatur de differentibus numero in eo qđ quid eſt: ſed conſequẽs eſt falſum, cum animal non poſſit ſolum prædicari de differẽtibus numero, igitur & antecedens.* ¶Diluitur *obiectio negando illã cõditionalẽ.* Et *de ſpecie infima quam uocãt ſpecialiſſimam, id uerum eſt, uidelicet ꝙ ſpecies ſolum prædica-*

tur de differentibus numero in eo quod quid eſt, ut homo: de qua futurus eſt ſermo, & non de ſubalterna, ſeu media, quæ poteſt eſſe & genus & ſpecies. Vnum intellige, ſpeciem ſubalternam non dici ſpeciem, niſi quatenus alicui generi ſubſternitur. neque te uelim incidere in illam conſequentiã: eſt ſpecies ſubalterna: ergo quatenus talis, aut prædicabitur de differentibus numero, aut ſpecie. ſcis quid modo te monuerim. ¶*Obijcies: animal prædicatur de homine & equo, & illis ratio animalis non eſt diuerſa: quónam igitur pacto animal prædicatur de illis differentibus ſpecie? Hanc mouet rationem Philoſophus decimo Metaphy. dicens: Cur enim hic equus ab hoc homine diuerſus ſpecie: cum rationes eorum cũ materia ſint?* ¶*Ad hanc reſpõdetur obiectionem, animal de illis prædicari & differentibus ſpecie, quanuis ſpeciei diuerſitas ab illo genere non proficiſcatur, cum teſte Philoſopho in eodem libro genus ſit materia eius cuius genus dicitur.. ſed diſtinctio ſpecifica non fit à materia, igitur illud genus non eſt argumentum, quo cognoſcimus hominem differre ſpecie ab equo: ſed illa diuerſitas fit à formis & differentijs. hominis etenim differentia (quæ eſt rationale) facit hominem ratione formæ eſſentialis, ſcilicet animæ rationalis quam deſignat, ſpecie ab equo diſiungi. Et ut illis ſpeciebus animal ſit genus, ſufficit ipſum de illis in eo quod quid eſt prædicari, differentibus ſpecie à formis ſubſtantialibus.* ¶*Mouebis dubietatem in tertiam generis diffinitionem.*

Eſt ne tertia generis definitio aptiſſima? Et uidetur quòd non. Definitio componitur genere & differentia conſtitutiua: ſed illa tertia generis definitio non eſt conſtituta genere & propria differentia: igitur talis definitio non eſt apta. ¶ *Propulſatur dubietas aſſerendo genus non illic propria definitione definiri. Cum definitio propria, quam uocant nonnulli quidditatiuam, debet confici ſolum genere & differentia propriiſſima. Sed cum aliquando non poſſumus commode res definire, ad deſcriptionem confugientes, eas deſcribimus: uerius illa generis definitio, dicenda eſt deſcriptio quàm definitio. Etiam in introductionum formulis non rigide ſingula ſunt perquirēda. Ammonius hoc ponit definitionis à deſcriptione diſcrimē: Definitio ex ſubſtantia rem oſtendit: Deſcriptio ex accidentibus. ut hæc hominis deſcriptio: Animal quod recte incedit, latos ungues habet, & manibus utitur. Deſcriptio quid res ſit docet, non tamen perfecte quēadmodum definitio. Erítque definitio ſimillima picturæ expreſſæ: deſcriptio uero adumbratili. Deſcriptio, ut dicit Agricola libro primo, cap. quinto, uerboſius rem exprimit: nec in id adhibetur, ut quid ſit rei indicet ſed qualis ſit.* ¶ *Poſtquam Porphyrius, generis formas effinxit, omniū quæ prædicantur, facit diſſectionem.* ¶ Eorum, inquit, quæ prædicātur, alia quidem de vno dicuntur ſolo, ſicut indiuidua: vt Socrates, & hic & hoc: alia vero de pluribus, quemadmodum genera, & ſpecies, & differētiæ, & propria, & acci-

dentia communiter:ſed non proprie alicui. eſt autem genus quidẽ,vt animal: ſpecies vero,vt homo:differentia autem, vt rationale: proprium,vt riſibile: accidens,vt album, nigrum, ſedere. ¶*Hac diuiſione cognoſcimus indiuidua à quinque prædicabilibus diſcrepare. Nam illa de uno dicuntur ſolo. Non enim Socrates de pluribus uniuoce prædicari poteſt: iſta uero de pluribus. Ea à Boëtio dicuntur de uno ſolo prædicari, quæ unicum habent ſingulare ſubiectum: ut indiuidua. nam iſta uox Socrates, ſolum habet unum ſingulare ſubiectum, ſcilicet Socratem, de quo dicitur. Et hoc album quod eſt in hac niue, cuius participatione ipſum quale quid factũ eſt: ſingulare. hoc enim non poteſt de quolibet alio albo prædicari, quod in hac niue eſt: quia ad ſingularitatem eſt deductum. ſimiliter hic, ille, hoc,ſingularia ſunt & indiuidua: & de uno ſolo dicuntur.Demonſtrãtes enim ſemper dicere cõſueuimus hic & iſte, illud & illud. Cum enim cuiuſdam nominis proprij ſumus inſcij, pronomine idipſum nomen circunloquimur: & illud pronomen in nominis naturam migrat. Et non indocte Philoſophi de particularibus loquentes, hoc dicendi genere uſi ſunt. quippe & demonſtrationi & ſenſui apte conuenit. Dicuntur ab Ammonio indiuidua, quia neque in ſimiles neque diſſimiles formas ſecari poſſunt, id eſt, rerum partitionem non obtinent,de quibus prædicari ualeant.Genera uero & ſpecies in plura ſecari poſſunt, de quibus apta*

ſunt prædicari. Genera quidem de pluribus prædicantur ſpeciebus: ſpecies uero de pluribus indiuiduis. Differentia quoq;, ut rationale de pluribus ſpeciebus dici poteſt, de homine ac de deo corporibúſque cæleſtibus dicitur, quæ, ſicut Platoni placuit & Porphyrio, animata ſunt & ratione uigentia. Sed hæc aſſertio à chriſtiana religione damnatur. Deus enim eſt ſubſtantia ſimpliciſſima cui anima minime copulari poteſt. Proprium etſi tantum de una ſpecie proprie dicatur, de multis tamen indiuiduis dicitur, quæ ſub ipſa ſpecie collocantur: ut riſibile de iſto homine & de Socrate ac cæteris indiuiduis dicitur: quæ homini ſupponūtur. Accidens etiam de multis dicitur: album enim & nigrum de multis dici poſſunt: ut de homine, equo, pariete. Et ſedere de homine & ſimia. homo enim ſedet & ſimia ſedet. Accidens autem quoniam communiter accidens eſſe poteſt, & proprie alicui, idcirco determinauit dicens: Accidentia communiter ſed non proprie. Quæ enim proprie alicui accidunt, indiuidua fiunt, & de uno tantum ualentia prædicari. Et quæ communiter accipiuntur, de pluribus prædicari poſſunt. Illud album quod eſt in iſto cygno ſubiecto, non eſt uniuerſale accidens, ſed proprie huic cygno eſt accidens. Album autem nude acceptum, & ad nullam formam indiuiduam compreſſum, de pluribus natum eſt prædicari. Omnia igitur prædicabilia ſi per ſemetipſa ſpeculemur in eo quòd genera, uel ſpecies uel differentiæ, uel propria uel accidentia ſunt, manifeſtum eſt

quoniã de pluribus prædicantur. Si tamen ut uult Boëtius ea ſpeculemur in quibus ſunt: ut ſecundum ſubiectum eorum, formam & ſubſtantiam metiamur, euenit ut ex pluralitate prædicationis ad ſingularitatem uideantur adduci. Animal enim quod genus eſt, de pluribus prædicatur: ſed cum hoc animal in Socrate conſideramus, ex pluralitate prædicationis adducitur ad ſingularitatẽ: quod aperte declarat, dicens, Socrates animal eſt, & ipſum fit indiuiduum, quoniam Socrates eſt indiuiduus ac ſingularis. Nec ab eo diſcrepat Ammonius dicens: Animal etenim in me ſolo dictũ, non eſt commune alijs, ſed mihi ſoli aſcriptum. Item homo de pluribus prædicari poteſt, ſed illa humanitas quæ eſt in Socrate indiuiduo, eſt particularis & indiuidua, quoniam Socrates ipſe eſt indiuiduus. Et ſimilis ratio cæteris accommodatur prædicabilibus.

¶*Fieri poteſt aptior partitio hoc modo: Eorũ quæ prædicantur: alia quidem ad ſingularitatem dicuntur, alia ad pluralitatem. Eorum quæ de pluribus prædicãtur, alia ſecundũ ſubſtãtiã: alia uero ſecundũ accidẽs prædicantur. Eorũ quæ ſecundũ ſubſtantiam prædicantur: alia in eo quod quid ſit dicuntur, alia in eo quod quale. In eo quidem quod quid ſit, genus & ſpecies: in eo quod quale ſit, differentia. Item eorum quæ in eo quod quid ſit, prædicãtur: alia de pluribus differentibus ſpecie, ut genera: alia uero de pluribus, ſed differentibus ſpecie minime: ut ſpecies. Eorum quæ ſecũdum accidens prædicantur: alia de pluribus prædicantur: ut ac*

cidẽtia communia:alia uero de uno tantùm,ut accidentia propria. ¶*Poteſt & hæc fieri diuiſio: Eorum quæ prædicantur,alia de ſingulis prædicantur· alia de pluribus.Eorum quæ de pluribus:alia in eo quod quid ſit,prædicantur: alia uero in quale quid ſit.Eorum quæ in eo quod quid ſit, prædicantur, alia de differentibus ſpecie: alia uero de pluribus ſolum numero differentibus.Eorum quæ prædicantur in eo quod quale ſit:alia de differentibus ſpecie,ut differentiæ & accidentia communiter:alia de una tantum ſpecie,ut propria.Eorum quæ de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale ſit prædicantur: alia in ſubſtantia prædicantur, ut differentiæ: alia in communiter euenientibus, ut accidentia. Et ex hac diuiſione ſatis dilucide quinq; harum rerum diffinitiones colligi poterunt hoc modo.* ¶*Genus, eſt quod de pluribus in eo quod quid ſit differentibus ſpecie prædicatur.* ¶*Species,quod de pluribus minime ſpecie differentibus in eo quod quid ſit prædicatur.* ¶*Differentia,eſt quod de pluribus ſpecie differentibus in eo quod quale ſit in ſubſtantia prædicatur.* ¶*Proprium,eſt quod de una tãtum ſpecie in eo quod quale ſit non in ſubſtantia prædicatur.* ¶*Accidens, eſt quod de pluribus & ſpecie differentibus in eo qđ qualẽ ſit non in ſubſtantia prædicatur.* ¶*Nunc genus ab omnibus alijs quæ quolibet modo prædicantur diſterminat,dicens:*Ab ijs quæ de vno ſolo prædicantur,differũt genera:eo quòd hæc de pluribùs prædicantur. Ab ijs autem quæ

de plurib⁹,à ſpeciebus quidē: quoniā ſpecies etſi de pluribus prædicentur, non tamen de differētibus ſpecie, ſed numero. homo enim cum ſit ſpecies,de Socrate & Platone prædicatur, qui non ſpecie differunt ſed numero. animal vero,cum ſit genus,de homine & boue & equo prędicatur,qui differunt à ſeinuicem ſpecie,nō numero ſolo. A proprio vero differt genus:quoniam proprium quidem de vna ſola ſpecie cuius eſt proprium prædicatur,& de ijs,quæ ſub ipſa ſunt ſpecie, indiuiduis. quemadmodum riſibile de homine ſolo,& de particularibus hominibus, genus autem nō de vna ſpecie prędicatur,ſed de pluribus & differentibus. A differentia vero & ab ijs quæ communiter ſunt accidentia, differt genus, quoniā etſi de pluribus & differentibus ſpecie prædicātur differentiæ,& cōmuniter accidētia,nō tamē in eo quod quid eſt prędicātur,ſed in eo quod quale quid eſt. Interrogātibus enim aliquibus quid eſt illud de quo prædicantur hæc: genus reſpondebimus.differentias autem & accidentia non reſpondebimus:non enim in eo quod quid eſt, prędicātur de ſubiecto:ſed magis in eo quod quale quid eſt.interrogāti enī quale quid eſt homo : dicimus quoniā rationale. & in eo ꝙ quale quid eſt coruus:dicimus quoniā niger. eſt autē rationale quidē differētia,nigrū vero accidēs.quādo autē quid eſt homo īterroga-

mur:animal reſpondemus. eſt autẽ hominis genus,animal. Hactenus Porphy. ¶*Mouebis dubitatiũculã. Qui fieri poteſt ut indiuiduũ à Porphyrio ſit aſſertũ de uno tãtum prædicari, & ipſum nõ prædicari,cũ prædicatione hãc,socrates eſt Socrates,minime cenſeant logici eſſe aptã & propriã!* ¶*Diſſolues dubitatiũculã, dicẽs Porphyrium cepiſſe prædicari pro eo qđ eſt uere & affirmatiue de aliquo enũtiari,ſiue prædicatio in qua termi nus ꝑdicatur fuerit alicuius ꝑdicabilis de ſuo ſubijcibili,ſiue non. Et ꝗuis indiuiduũ prædicetur,nõ tamen aptiſſime ut prædicabilia,quæ in hac arte de ſuis ſubijcibilibus cõmodã faciunt prædicationẽ. Et neganda eſt hæc conſequentia, indiuiduum prædicatur de uno ſolo:ergo propriã conſtituit ꝑdicatio nem.* ¶*Cũ tria hæc generi accõmodẽtur: Prædicari de pluribus:de ſpecie differẽtibus:in eo qđ quid ſit: & ſingulis partibus genus à cæteris quæ quomodolibet ꝑdicãtur ſeparetur:ut integra generis diffinitio approbaretur,merito dicit Porphy.* Quare de pluribus ꝑdicari,diuidit genus ab ijs quæ de vno ſolo eorũ quę ſũt indiuidua ꝑdicant. De differẽtib⁹ vero ſpecie:ſeparat ab ijs quę ſicut ſpecies prędicant,uel ſicut ꝓpria. In eo qđ quid eſt ꝑdicari: diuidit genus à differentijs & cõmuniter accidẽtib⁹,quæ nõ in eo qđ quid eſt,ſed in eo quod quale qd eſt,vel quomodo ſe habet vnumquodque,prædicantur. ¶Nihil igitur ſuperfluum neque minus continet:generis dicta deſcriptio,notionis.

¶De specie scholia.

QVoniam de genere cui ſpecies proxi-
mius ſubijciuntur, digeſtum eſt: fu-
turum nunc uidebitur de ſpeciebus
inſpecta præceptionis ratione diſſe-
rere. Sed antequam ad uarias ſpe-
ciei deſcriptiones deſcendamus, dubitatiunculam
nō inutilem agitabimus: Fuítne congruum poſt ge-
neris determinationē, cæteris ſpeciē præferre præ
dicabilib⁹? ſi enim hæc aſſignata fuerit ratio præ-
ponēdi generis reliquis uocibus, quòd naturæ ſuæ
magnitudine cæteras contineat, non æquum fuit
ſpeciem differentiæ præferre: cum differentia ſpe-
ciem contineat. Verum cum præſertim differētiæ
ipſas ſpecies informent, prius autē eſt quod infor-
mat q̄ id quod informatione perficitur: debuit igi-
tur Porphy. differētiam ſpeciei præferre. ¶Dicen-
dum eſt eā eſſe connexionē eorū quæ ad ſeinuicem
referuntur, ut ſi quid de uno præceperimus, mox
& alterum p̄cipere oportet. Cum igitur genus &
ſpecies ad ſeinuicē referātur, congruū fuit poſt ge-
neris determinationē, de ſpecie negotium & præ-
ceptionem proximius tradere. Hinc dicit Boëtius,
Omnia quæcunq; ad aliquid prædicantur, ſubſtan-
tiam ſemper ex oppoſitis ſumere. ut igitur non po-
teſt eſſe pater niſi filius ſit, nec filius niſi præcedat
pater, alteriuſq; nomen pendet ex altero: ita etiam
in genere ac ſpecie uidere licet. Species quippe niſi
generis nō eſt: rurſúſque genus eſſe non poteſt niſi
referatur ad ſpeciem. Quorum ergo relatio eſt ad

alterum:eorum cõtinens factus eſt iure tractatus. ¶*Queadmodũ genus à Porphyrio prius in plures diſtinctum eſt formas:ita etiam in ſpecie faciẽdum eſſe uidebitur.*¶Species autẽ dicitur quidẽ & de vniuſcuiuſq; forma, ſecundũ quã dictum eſt:primũ quidem ſpecies digna eſt imperio. ¶*Hæc ſpeciei elegantia ex accidentium congregatione perficitur: & accidens ſpecies eſt, ſecundum quam dicimus quemlibet imperio dignum propter eximiam formæ dignitatem.Hac autẽ inſigni pulchritudine fertur Alcibiades apud Plutarchum cæteris longe præcelluiſſe. qui non modo in pueritia aut adoleſcentia: ſed etiam in omni ætatis gradu maximum ſemper decorem, ac formoſam hominis ſpeciem prætulit.* ¶*Percõtaretur quiſpiam, quare Porphyrius illi definitioni adiecit, uniuſcuiuſq;. Id cautiſſimè,teſte Boëtio,adiectum eſt.hæc enim ſpecies ſecundum accidens eſt & cõmendatur.Et quæ unicuiq; forma indiuiduo eſt,ea non ex ſubſtantiali forma quadam ſpecies, ſed ex accidentibus uenit. Alia eſt enim ſubſtantialis formæ ſpecies quæ humanitas nuncupatur,eáq; non eſt quaſi ſuppoſita animali: ſed tanq̃ ipſa qualitas ſubſtantiam monſtrans. hæc enim & ab hac diuerſa eſt, quæ uniuſcuiuſq; corpori accidẽtaliter inſita eſt: & ab ea, quæ genus deducit in partes.* ¶Species ſecũdo. ea quæ eſt ſub aſſignato genere dicitur.ſecũdum quam ſolemus dicere hominem quidẽ ſpeciẽ animalis,cũ ſit gen⁹ animal: albũ autẽ coloris ſpeciẽ: triangulũ vero figuræ ſpeciẽ.

Id perpenditur eſſe ſub aſſignato genere, quod pro-ximi⁹ ſpeciei ſubijcitur: ut homo animali proxime ſubijcitur: & licet indiuiduum generi ſubijciatur, non tamen proxime: nec quatenus genus eſt: ſed id accidit, ut & patris eſſe ſeruum: ſpecies autem per ſe generi ſubijcitur, perinde ac filius per ſe patris eſt & ut pater eſt. Planius tibi exprimā: quod per ſe & proximius ſpeciei ſubijcitur, generi per accidens ſupponitur: ſed ſpeciei indiuiduum proxime ſubijcitur, igitur generi remotio ſupponetur. Nam uulgata eſt regula, De quocunque ſpecies affirmatur, & prædicatur: genus de eodem dicitur. ſi igitur indiuiduum ſpeciei proximius ſubſternatur, & generi per accidens. ¶ Ne quis crederet in ſolis ſubſtantijs genera & ſpecies uerſari, pro ſecunda ſpeciei definitione, Porphyrius nō ſolius ſubſtantiæ dedit exemplum, ſed etiā eius quod reliquum remanſerat accidētis: quòd dixit & album coloris ſpeciē, ut nobis aperte monſtraret genera & ſpecies in omnium prædicamentorum rationibus inueniri & eſſe connexa. Adferet aliquis aduerſus hæc Ariſtotelem, 4. cap. 4. Topicorum atteſtātem, Si ſpecies ſit ad aliquid, & genus: non tamen ſi genus ſit ad aliquid, & ſpecies. nam diſciplina eſt ad aliquid, non tamen grammatica. Idem ſentit in prædicamentis cap. Qualitatis. Videtur igitur Ariſt. diſiungere genus à ſpecie, prædicamentorum uarietate. Dicam quod ſentio, impoſſibile genus eſſe in quadam ſerie prædicamentaria, in qua non ſint eius ſpecies quatenus genus eſt. Nā relatiua ſunt ſimul natura,

at genus & ſpecies quatenus huiuſmodi, relatiua ſunt, igitur ſũt ſimul natura. quòd ſi fuerint ſimul natura, nulla ratione prædicamentaria diuelli poterunt. Nihil tamen prohibet genus quadam alia à generis habitudine conſideratum in quodam prædicamentorum ordine cõſiderari, in quo eius ſpecies minime conſiderabuntur. ¶In ſecundam obijcies diffinitionem: Genus à Porphyrio per ſpeciem diffinitum eſt: & hic ſpecies genere depingitur, quod uitioſum uidetur, & circulum in deſcriptionibus innuere: igitur ſpecies genere nõ eſt diffiniẽda. ¶Hãc lucide diſſoluit obiectionem Porphyrius, dicens, ꝙ ſi etiam genus aſſignantes ſpeciei meminimus dicẽtes, Quod de pluribus differentibus ſpecie, in eo quod quid eſt prædicatur: & ſpeciem dicimus id quod ſub aſſignato genere eſt, noſſe oportet, quoniã & genus alicuius eſt genus: & ſpecies alicuius eſt ſpecies: utrũq; utriuſq;. idcirco neceſſe eſt, in utrorũq; rationibus utriſq; uti. Nihil igitur incõmodi ſuſpiceris, eorum que ad ſeinuicem referuntur, alterũ altero definiri: & tanta eſt generis ad ſpeciem cõnexio & ediuerſò, ꝙ unum ſine altero perfici nequit. Nam, ut dicit Boëtius, ſubſtantiæ ipſæ nullo ſpeciei nomine generíſue cenſentur: niſi quadam ad ſeinuicem collatione ſint comparationeq; compoſitæ. Nam quod animal eſt, nõ idcirco genus eſt quod animal eſt: ſed quoniã hominis ſub ſe atq; equi & cæterorũ animantium ſpecies habet. Vnde & hominẽ animalis ſpeciem appellamus, cum animal ipſum genus ſit. neque enim homo ſpecies diceretur, ſi ſu-

per ipſum animalis appellatio non prædicaretur. ¶*Argumentaberis* : Genus *&* ſpecies *ſunt relatiua potentia:igitur unũ poteſt actu eſſe altero non exiſtente. conſequentia eſt optima, ex deſcriptione relatiuorum potentia: non igitur talis eſt unius ad alterum connexio,quòd genus non poſſit eſſe ſine ſpecie.* Tum *etiam genus eſt ſpecie natura prius: igitur ſi genus eſt,nõ oportet ſpeciẽ eſſe.conſequentia eſt bona:nam prius natura, eſt à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia,ut animal homine eſt prius: q̃uis enim ſi homo ſit, animal eſſe oporteat: non tamen contrá.* ¶Hoc *argumentum ſatis uidetur nonnullis ſuadere, quod à genere denominatum eſt,poſſe eſſe & intelligi abſque ſpecie, ut animal ſine homine poteſt eſſe:& ita genus, in hũc modum ſine ſpecie poteſt eſſe.* Sed *ſi intelligere uelint genus quatenus genus, poſſe eſſe ſine ſpecie,eorum ſententiæ reclamant* Porphyrius *&* Boëtius. Ait *enim* Boëtius *in hoc capite* : Q*uoniã inter hæc quædam connexio eſt, & talis comparatio atque relatio, ut præter ad ſeinuicem habitudinem genera & ſpecies eſſe non poſſint : nihil enim in eorum definitionibus cõcludi poteſt,niſi alterutrum nominata ſint.* Nam *ſi ſubſtantia generis ſpecie ſuppoſita,ſpecies uero genere ſuppoſito & ad ipſam prædicato perficitur: nõ eſt dubium, quoniam definire neceſſe ſit,iure ſpeciem cum genere, & cum ſpecie iure nobis genus prædicare neceſſe ſit.* Nunc *ſpeciei logicæ multiplex definitio uidenda eſt.* Species *eſt quæ ponitur ſub genere, intelligenda eſt quatenus*

ſpecies: nam genus ut animal, ponitur ſub genere corpore animato: ſed non in eo quod genus, ſed quatenus illius eſt ſpecies, & illi famulatur. ¶ *Secunda ſpeciei definitio: Species eſt, de qua genus in eo quod quid eſt prædicatur: & hæ definitiones ſpeciem tam ſpecialiſſimam q̄ ſubalternam cōplectuntur. Nam de hac ſpecie ſubalterna animal, aliquod genus, ut corpus animatū in eo quod quid eſt prædicatur.* ¶ *Tertia. Species eſt quod de pluribus & differentibus numero in eo quod quid eſt prædicatur: & hæc aſſignatio ſpecialiſſimæ eſt, & quæ ſolū ſpecies eſt, ut homo & equus. Illæ enim ſpecies ſolū prædicātur ſeiūctim de pluribus numero differētibus in eo ꝙ quid eſt: homo de Socrate & Platone ſolū numero differētibus, & equus ſolū de differentibus numero prædicatur.* ¶ *Argumētaberis in Porphyriū, ꝓbādo albū nō eſſe ſpeciē coloris. Genus de ſua ſpecie uere & affirmatiue enūtiatur: ſed color non uere & affirmatiue de albo enuntiatur: ergo album non eſt ſpecies coloris. Minor probatur: hæc enuntiatio, album eſt color, nō eſt uera: cū accidens, ut color, non accipiatur pro ſubſtantia alba, ſed pro accidente à ſubſtantia diſtincto.* ¶ *Dices Porphyrium cepiſſe abſtractum loco concreti. Nō enim refert apud ueram diſciplinā dicere albū eſſe ſpeciem coloris, & album eſſe ſpeciē colorati. Nam color & coloratum ſunt quædam denominatiua rationem prædicamenti, in quo ponūtur, non euariantia. Coniungendo tamen concretum (ut fertur) cōcreto, & abſtractum abſtracto: album eſt ſpecies.*

colorati, & albedo ſpecies coloris: & unum ſæpe pro altero ſumitur. ¶Obijcies, probando album nõ eſſe ſpeciẽ colorati: aut ſpecies eſt ſpecialiſſima, aut ſubalterna. Sed neutrum horum aptè aſſignari poteſt, igitur nõ eſt ſpecies. minor probatur: pro priori parte: Album prædicatur de differẽtibus ſpecie, Socrate & iſto equo, igitur non eſt ſpecies. Nec poſterior pars aſſignãda eſt. Nã ſpecies ſubalterna ad communius comparata, eſt ſpecies: & ad ſuas ſpecies genus: ſed non ſunt aſſignandæ albi ſpecies, igitur non eſt ſpecies ſubalterna. ¶Blatteramenta & quorundã nugas aſtruentiũ albũ eſſe genus: & illi ineptiſſimas ſupponi ſpecies uitaturus, planè quod ſentio dicam, album eſſe ſpeciem ſpecialiſſimam. Nã ſolum eſt ſpecies, nec ſequitur, prædicatur de homi ne albo & equo albo qui differũt ſpecie, igitur eſt genus. Nam totam generis definitionem non complectcris. Certum eſt albũ non prædicari de homine in eo quod quid eſt, ſed quale quid. Et quod homini eſt accidens, illi genus eſſe nequit. Nec dicendum eſt hominem album illius eſſe ſpeciem, aut hominem album hac albedine: ut inepte à quibuſdam aſſeritur. Nulla enim ſpecies diuerſas omnino ſpecies includens rationibus diuerſorum prædicamentorum copulatur: at homo albus & ſubſtãtiæ & qualitatis rationes deſignat, quæ minime unã ſpeciẽ cõficere poſſunt, igitur portẽtoſa eſſet albi ſpecies, aut illius (ſi probe loqui uelis) ſpecies dici non debet. Aptior uidebitur hæc ſolutio: ut nugones faueant linguis, negando hominẽ albũ, & equũ albũ differre ſpecie

ratione albi ſeu albedinis, quæ ſit genus differentias habens magis proprias, aut proprias quibus differunt homo albus, & equus albus: quod oportet ad generis rationem. Ad hæc, *Perſuaſionem ex Ariſtotele deſumemus, dicente 6. cap. 4. Topicorũ, albũ ſpeciẽ eſſe coloris, & nullius genus.* Et *ſic probat:* Nibil *alba differunt ſpecie, ipſa à ſeinuicẽ, omnis autem generis ſunt ſpecies differentes, quare nullius erit album genus.* ¶ *Obiectio,* Album *non prædicatur in eo quod quid eſt, igitur non eſt ſpecies ſpecialiſſima. antecedens probatur:* Quærenti *quid eſt* Socrates: *apte non reſpondebitur, eſt albus.* Et *non eſt aſſignandũ indiuiduum de quo prædicetur iu eo quod quid eſt, igitur.* ¶ *Solutio.* Quem*admodum ſpeciebus prædicamenti ſubſtantiæ reſpondent indiuidua abſoluta: etiam ſpeciebus prædicamenti accidentis reſpondent indiuidua connotatiua.* Indiuidua *igitur albi, erunt hoc album, & hoc album de quibus in eo quod quid prædicabitur.* ¶ *Obijcies:* Album *eſt accidens, igitur non eſt ſpecies ſpecialiſſima: conſequentia probatur à rationibus pugnãtibus.* Accidens, *ut dicit* Porphyrius *cap. de* Accidente, *eſt quod neque genus eſt, neque differentia, neque ſpecies, neq; proprium: ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens.* Et *ſi album eſt ſpecies ſpecialiſſima, ſpecies cenſetur: erit igitur ut ratio oſtendit ſpecies, & non erit ſpecies: quod eſt incommodũ & rationibus pugnantibus interceptum.* ¶ Reſpondebis *album eſſe accidens & ſpeciem, diuerſa tamen ratione & ad diuerſas uoces.* Eſt *enim*

terminorum abſolutorum:ut hominis & equi accidens:& indiuiduorum cõnotatiuorũ, ſpecies ſpecialiſſima. Et neganda eſt hæc conſequentia, album eſt accidens:ergo non eſt ſpecies. Nam illud conſequens:album ab omni ſpeciei ratione & conditione abducit. ſed dicendum eſt album eſt accidens: ergo cuius eſt accidens non eſt ſpecies: quod ſanè uerum eſt. Et Porphyrius aſſerens Accidens nõ eſſe ſpeciem, ſolum ſentire cupit accidens quatenus accidens, non eſſe ſpeciem. ¶Adhuc obijcies: ſi album eſſet ſpecies, in aliquo prædicamento poneretur: ſed illud non eſt aſſerendum, igitur: minor probatur: potiſſimum in prædicamẽto qualitatis, cũ nullum aliud ſibi aptius congruere poſſit: ſed probatur ꝙ non. Qualitas eſt terminus abſolutus, & album terminus cõnotatiuus: ſed abſolutũ non prædicatur proprie de connotatiuo: igitur. Vulgatum eſt argumentum & ſatis diuulgata illi aptari poterit ſolutio. Quanuis concedatur qualitatẽ dici terminum abſolutum, non propterea album connotatiuum ab illo prædicamento expelletur: quia cõcretum & abſtractum non faciunt diſtinctum prædicamentum. In prædicamento qualitatis cognoſcitur quale, quòd de concretis prædicatur: ut album eſt quale: & qualitas de abſtractis: ut albedo eſt qualitas. in diſciplinis paſſim commiſcemus album & nigrum qualitati: cum qualitatem nobis deſignent. ¶Alia certabis ratione in definitionem ſpeciei: ſi daretur aliqua propria ſpecies, eſſet hæc uox homo: ſed hoc non eſt aſſerendum, igitur. mi-

nor probatur:ſi propria eſſet ſpecies & ſolum ſpecies, prædicaretur ſolum de differentibus numero: ſed illud eſt falſum, igitur. minor probatur: prædicatur de differentibus ſpecie: igitur nō ſolum prædicatur de differentibus numero. antecedens probatur: prædicatur de uiro & uxore qui differunt ſpecie, igitur. antecedens probatur: uiro & uxori diuerſæ differentiæ competūt: ſciliæt maſculinū & fœmininum, igitur uir & uxor differūt ſpecie. conſequentia eſt bona: nam ea ſpecie condiſtinguntur, quæ diuerſas habēt differētias: ut homo & equus.

¶*Reſpōdebis negando hominē pdicari de pluribus differētibus ſpecie: quando dicis: prædicatur de uiro & uxore & differūt ſpecie, neganda eſt minor, & diſtinguendum eſt maſculinum & fœmininum diuerſas eſſe differentias: uel ſubſtantiales ſeu eſſentiales, negabis: uel materiales, ſeu accidētia animali ratione materiæ inhærentia: concedes, ſed differētiæ materiales & accidētales non mutant ſpeciem, licet formales & ſubſtantiales. maſculinum & fœmininū propriæ ſunt animalis paſſiones: ſed nō ſecundū ſubſtātiam, uerū in materia & corpore: quare idem ſperma aliquā paſſionē paſſum: aut fœmina aut mas fit. Ariſtoteles 7. metaphy. cap. 5. dicit maſculinū & fœmininū per ſe competere animali: quia declarari non poteſt ſine animali, maſculinum & fœmininum. Nam dicunt philoſophi, ſi ſperma uiri fuerit excellēs, aut calor eius, generabitur maſculus: & ſi diminutū fuerit, uel calor eius, generabitur fœmina.* ¶*Obijcies, Indiuidua hūana differūt*

ſpecie:igitur non ſolũ homo eſt ſpecies: antecedens probatur:caro & oſſa unius indiuidui ſunt à carne & oſſib9 alterius diſtincta:& tota hominis fultura eſt ab alterius hominis fultura diuerſa ſecũdũ numerum:igitur uidentur indiuidua humana ſpecie differre. ¶Reſpondebis carnem & oſſa unius, ab alterius carne & oſſibus diſtincta,& totã uni9 hominis fulturam ab altera ſeiũctam & diuerſam, non eſſe argumentum ſufficiens ad probandum indiuidua humana eſſe ſpecie diuerſa,quia in forma ſpeciali non eſt contrarietas, ſeu diuerſitas ſecundũ formam. ¶Obiectio ad probandum hominem non prædicari de differentibus numero:ſi prædicaretur de differentibus numero,potiſſimum de Socrate & Platone, ſed illud eſt falſum, igitur. minor probatur:Socrates eſt unus,& Plato eſt unus,atqui unitas non differt numero ab unitate, igitur Socrates & Plato nõ differunt numero.minor probatur:aliqua dicuntur differre numero,quorum numerus à numero differt,ſed unitas non eſt numerus, igitur unitas non differt numero ab unitate. ¶Boëtius dicit numero uideri aliquid differre, quoties numerus à numero differt:ut grex boũ continens triginta boues,ab alio boũ grege numero differt, ſi centũ contineat boues.In eo enim quòd grex eſt non differunt,neq; in eo quòd boues, niſi numero quidem differunt,quòd illi plures, illi uero ſunt pauciores. Et obiectionem adductam,qua nitebar probare Socratẽ nõ differre numero à Platone,diſſoluit:Quãdo dicimus hominẽ prædicari de differentibus nu-

mero:intelligitur in numerando differentibus, hoc eſt ut dicit:dũ numerãtur,differẽtibus.Cũ enim dicimus hic Plato eſt,hic Socrates, duas fecimus unitates,acſi digito tangamus dicẽtes, hic unus eſt,de Socrate:rurſus de Platone,hic unus eſt,non eadem unitas in Socrate nũerata eſt quæ in Platone, alioquin poſſet fieri,ut ſecũdò tacto Socrate, Plato etiã demonſtraretur,quod non fit:niſi enim tetigeris Socratẽ uel mente uel digito, itemq; niſi tetigeris Platonẽ:non facies duos dũ numerãtur,ergo differunt quæ ſunt numero differentia. ¶Dicuntur aliter ea differre numero,quorum unum nõ eſt aliud,ut Socrates à Platone differt numero. Et illud uenit intelligendum, quatenus tali differentia diſcrepant. Nam hoc modo materia differt numero à forma, & albedo lactis à dulcedine eiuſdem : licet ſubiecto ſeu ſubiectiuè,ut fertur,ſint unum numero:illa enim ſubiecto ſunt unum numero, quorum unum eſt ſubiectũ alterius,ut materia & forma: uel quæ ſunt in eodem ſubiecto,ut albedo & dulcedo lactis. ¶Adnotes differre numero, pluribus competere q̃ differre ſpecie. Nam quæcunque ſpecie differunt, etiam numero diſcrepant, ſed non ediuerſo. ¶Dices homo cum ſuis indiuiduis comparatur, nónne genus dici debet? Et ſanè id dicẽdum uidetur: nam eſt principium aliquorum ſe habentium ad unum. ¶Dilutio: ſpecies ſuis indiuiduis collata non cenſetur genus,ut ibi ſumitur,cum definitio nõ ei competat.Dicit tamẽ Agricola libro primo,cap.ſexto,ſpeciei nomen ſola comparatione ad genus uideri indi-

tum,dictámque ſpeciem eſſe, uel ut Cicero maluit formam: quòd confuſum & informe genus expoliret. Indiuiduis autem comparata non iam ſpeciei retinet,ſed generis potius accipit faciem. ¶Obijcies: iſte terminus homo habet terminum communem ei ſuppoſitum,igitur non eſt ſpecies ſpecialiſſima: antecædens probatur: diſiunctum iſtud, Socrates uel Plato, eſt commune ei ſuppoſitum, nam quidquid eſt Socrates uel Plato,eſt homo,& non cõtrà, igitur. ¶Reſpondebis,illud diſiunctum non ei propriè ſupponi, ut ſubijcibile prædicabili & ſpeciem generi. Nam ſpecies generi ſubiecta eſt incomplexa. modo illud diſiunctum eſt complexum re & uoce: ideo non eſt prædicabile, nec ſubijcibile proprium prædicabili. ¶Obijcies: Si complexio impediret terminum quo minus prædicabilis appellationem ſuſciperet, ſequeretur corpus animatum non eſſe genus,quod eſt falſum. ſequela probatur:eſt terminus complexus,& complexio officit generi, igitur non eſt genus. ¶Reſpondebis,complexionem uocis tantum non impedire genus, aut quoduis prædicabile. Eſt autem triplex complexum,quoddam uoce tantum,cuius uox eſt complexa,ſed res,id eſt ſignificatio & notio eſt ſimplex, ut corpus animatum:propria enim ratio,ſeu notio repræſentãs omne animatum,eſt ſimplex. Quoddam eſt complexũ re tantum,cuius notio eſt cõplexa, ſed uox eſt ſimplex,ut hæc uox a ad ſignificandum hominem eſſe animal,impoſita. Aliud eſt complexum uoce & re ſimul, & eſt illud cuius uox eſt complexa & ra-

tio, ut homo albus. nomine uocis complector ſcripturam. Vox proprie complexa illa eſt quæ non nomine tantum, nec re tantum, ſed re & nomine eſt complexa. Et quemadmodum triplex eſt uox complexa, etiam triplex eſt uox incomplexa, quædam nomine tantum, ſeu uoce, ut a impoſitum ad ſignificandum perinde, ut homo eſt animal. Quædam eſt incomplexa re tantum, ut corpus animatum. Nec putes incommodum uideri aliquam eſſe uocem complexam nomine tantum, & incomplexam re tantum. Nam illa membra non pugnant inter ſe. Alia uero eſt incomplexa nomine & re ſimul, ut homo. Et nulla uox eſt ſimpliciter & proprie incõplexa, niſi nomine & re ſimul. Quare dicendum eſt corpus animatum (quamuis loco ſimplicis nominis ſumatur) non eſſe propriè uocem complexam aut incomplexam. Et quando nomen ſimplex deeſt, exprimendo conceptui incomplexo reſpondens, pro ipſo utendum eſt circumlocuto ex duobus nominibus, ut corpus animatum. Quam quidem circumlocutionem, ut diligenter adnotauit Clichtoueus in Antepraedicamentis, ſæpe opus eſt facere penuria uocabulorum, ut uox ſignificatiua, uox non ſignificatiua circumloquuntur uoces ſimplices uno nomine non nominatas. ¶Inſurges in ſolutionem, Si corpus animatum notione ſimplex eſſet genus, potiſſimum ſubalternum, cum illi præferatur genus communius, ſed probo quòd non: eſt ſpecies ſpecialiſſima, ergo non eſt genus ſubalternum. conſequentia eſt ualida. antecedens pró-

batur, prædicatur de differentibus numero, Socrate & Platone in eo quod quid eſt, igitur eſt ſpecies ſpecialiſſima. ¶*Huic reſpondeo obiectioni, negando corpus animatum eſſe ſpeciem ſpecialiſſimã, & negandum eſt antecedens conſequentiæ factæ ſecundum Porphyrianam intelligentiam, quanuis poſſet concedi ab illa ſpeciei definitione diuertendo. Nã in definitione ſpeciei ſpecialiſſimæ hæc particula ſolum ſuppreſſa intelligitur: nec omnia in diſciplinis exprimuntur, ſed pleraq; ab authore ſuppreſſa, non deſinunt, perinde acſi expreſſa eſſent, intelligi: ſed ab imperitis qui plus æquo cauillantur, recta difficulter recipitur intelligentia. Illi luſciniæ nugis inſidentes argutè nouerunt obſtrepere, cõmodè tamen & propriè loqui neutiquam. Quanuis igitur corpus animatũ de quibuſdam numero differentibus prædicetur, non tamẽ ſolũ prædicatur de differentibus numero, uerũetiã de ſpecie diſcrepantibus, ut de homine & equo. Sed quòd Porphyrius, illã particulam ſolũ intellexerit, eamq; nobis intelligendã reliquerit, ſatis ex ſua eruditione conijcere poſſunus. Ait enim, ſed hæc quidem aſſignatio ſpecialiſſimæ eſt, & quæ ſolũ ſpecies eſt. At dices, Ariſtoteles quinto capite, quarti Topicorũ dicit corpus animatum non eſſe genus animalis, quia eius pars eſt, neq; etiã corpus eſſe animalis genus. Faber in ſcholijs illius loci dicit Ariſtotelẽ accepiſſe corpus animatũ pro corpore cui anima ineſt, & non pro compoſito. grata eſt mihi hæc ſolutio: nam Ariſtote. in illo loco dicit corpus eſſe animalis partem, & quia pars non*

prædicatur de toto, idcirco corpus non eſt animalis genus. Difficultatē nonnulli faciunt in iſtis propoſitionibus, animal prædicatur de differentibus ſolum numero, animal ſolum prædicatur de differentibus numero. ſed loquendo ut ſuadet ipſa ratio, ſolum, prædicari & non ea quæ numero differunt determinat. Si enim corpus animatum ſolum prædicaretur de differentibus numero ſecundū naturā ſigni excluſiui, de nullis alijs nec aliter q̄ differentibus numero prædicaretur: quòd ſi illud ſibi accideret, nō eſſet genus. Vita calumnias, & ſume ſecundū rectam intelligentiam uocabula. ¶Obijcies: probando corpus animatum nō eſſe genus. Omne genus in plures ſpecies diuidi poteſt, ſed corpus animatum in nullas ſpecies diuidi poteſt, igitur non eſt genus. minor probatur: eſt ſpecies, ergo eſt indiuiſibile. cōſequentia probatur ex Ariſtotele ſeptimo Metaphyſi. dicente ſpeciem eſſe indiuiſibilem. ¶Reſpondebis Ariſtotelem loquutum de ſpecie ſpecialiſſima, quæ uocatur infima, ſeu magis ſpecies. Etiam corpus animatum, ut ſentire poſſum, quatenus ſpecies, non diuiditur in animal & plantam, ſed quatenus genus. Nam hæc diuiſio, Corporum animatorum, aliud eſt planta, aliud animal, non eſt ſpeciei in ſpecies, ſed generis in ſpecies. ¶Argumentaberis, probando nullam eſſe magis ſpeciem. ſi aliqua daretur, potiſſimum iſta uox homo, ſed probo quòd non. Subſtantia non ſuſcipit magis nec minus, ex Ariſtotele, ſed homo eſt ſubſtantia, igitur nō debet dici magis ſpecies quàm animal. ¶Reſpondebis ſpe-

ciem ſpecialiſſimam ab authoribus dici magis ſpeciem, eo quod ſub ipſa nullæ aliæ ſpecies locari poſſunt, ut ſub homine nullæ ſpecies locari poſſunt. Cum dicimus ſubſtantiam non ſuſcipere magis nec minus, ſanè intelligitur ſubſtantiam non prædicari cum iſtis aduerbijs magis & minus intentionem & remiſſionem importantibus.

¶Quæres an iſtæ uoces, ſol, luna, phœnix, mundus, ſint ſpecies ſpecialiſſimæ. nec abs re. Nam habent rationem ſignificandi communem aptam pluribus differentibus numero competere. ¶Reſpondebis illas uoces non eſſe ſpecies, nec ſimpliciter indiuidua: licet dicantur ex ſuppoſitione indiuidua, cum rem unaquæque illarum ſingularem & indiuiduam habeat. Partim conueniunt cum indiuiduis: nam unicam rem habent & ſingularem, & rem ipſam conſiderando, de uno ſolo ut indiuidua prædicantur. Partim diſconueniunt: quia rationem habent communem. Partim etiam ſpeciebus conſpirant: nam rationem habent communem ſecundum quam eas Boëtius in ſpecies reuocat. Partim diſſentiunt: quia plura non habent indiuidua de quibus prædicantur, & ſecundum hanc conſiderationem, in indiuidua reuocantur. Ea autem ſimpliciter indiuidua dicuntur, quæ ſunt ſingularia nomine & re, quēadmodum cōmunia ſimpliciter & propriè, dicutur nomine & re communia: ut homo, animal.

¶Ne quis opinetur in ſolo uno prædicamento genera & ſpecies reponi: docet Porphyrius genera & ſpecies per omnia crebreſcere prædicamēta, dicens:

Planum autem erit quod dicitur hoc modo: In vnoquoq; prædicamento ſunt quædã generaliſſima,& rurſus alia ſpecialiſſima : & inter generaliſſima & ſpecialiſſima : ſunt alia, quæ genera & ſpecies dicuntur eadem. Eſt autem generaliſſimum quidem, ſupra quod nullum aliud ſit ſuperueniens genus. Specialiſſimum autẽ,eſt poſt quod non eſt alia inferior ſpecies. Inter generaliſſimum autem & ſpecialiſſimũ alia quæ genera & ſpecies ſunt eadem,ad aliud quidem & ad aliud ſumpta. Sit autem in vno quidem prædicamento manifeſtũ quod dicitur:ſubſtantia eſt quoddam & ipſa genus. ſub hac autem eſt corpus. ſub corpore autem,animatũ corpus.ſub quo animal. ſub animali vero rationale animal. ſub quo homo.ſub homine vero Socrates & Plato: hactenus ille. ¶*Perſpicuum erit genus aliquod dici generaliſſimum, cum de ſuis omnibus ſubiectis uerè prædicabitur, & nullum habebit genus eo ſuperius cui famuletur,ut ſubſtantia:nam illi ſubijciuntur hæc omnia,corpus, corpus animatum, animal,homo, Socrates,Plato,& nullum illi præeſt genus cui obſequi debeat. & iure uocatur ſupremum genus,& magis genus,cum nullum habeat genus eo nobilius & potentiũs, nec poſſit eſſe ſpecies. Eſt etiam maximũ in ſuo ſplendore principium à quo enumerata proficiſcuntur, uelut à fonte copioſiſſimo riuuli. Et quemadmodum illud eſt in generibus præſtantiſſimum,ita ſpecierũ præ-*

ſtantiſſima erit ſpecialiſſima,quæ in nullas ſpecies diduci poteſt,ut homo.Nam cum ſit ſpecies,non poteſt habere ſpecies eà inferiores: & ſpecies ſpecialiſſima,magis ſpecies dicitur. Et ea integrior & uerè ſpecies eſt,ut ſcribit Boëtius,quæ genus nunquã eſt,q̃ ea quæ aliquando genus eſſe poteſt.ꝙ ſi uerior ſpecies eſt quæ ſola ſpecies,nunq̃ genus eſt: merito magis ſpecies appellata eſt. Generaliſſima græcè genicotata dicuntur, & ſpecialiſſima idicotata.

¶Contendit Laurentius ualla in ſua ad Dialecticã æditione,non eſſe genus generaliſſimum dicendum, neq; ſpeciem ſpecialiſſimam, grammatico uſus clypeo. Non enim,ut ait,dicinus,materia materialis, nec forma formalis:cur igitur dicendum erit genus generaliſſimum?ſed non uſque adeò præceptiunculorum & uerborum curioſi, quod græcè Porphyrium dicere non puduit, neque latine nos pudebit promiſcue dicere genera generaliſſima,genera prima,& genera ſumma. Species ſpecialiſſimas, ſpecies ultimas,& magis ſpecies. ¶Inter magis gen⁹ & magis ſpeciem,quod eſt interuallum,ſubalterna genera & ſubalternæ ſpecies impleuerunt.Et ſubalterna dicuntur genera,cum ad ſua inferiora comparantur: & ſpecies, cum ad ſuperiora comparantur:ut animal corporis animati eſt ſpecies,& hominis & equi genus: corpus animatum, corporis eſt ſpecies, & animalis genus: corpus ſubſtantiæ eſt ſpecies, quatenus pro ſubſtantia corporea ſumitur:Nam ſi rationem quantitatis conſideremus, ut ſignificat longitudinem,latitudinem,& profun-

ditatem, non dicetur ſubſtantiæ ſpecies, & eſt genus corporis animati. nec putes incommodum id uideri, diuerſas inſpiciēdo comparationes, quemadmodum idem homo eſt unius pater, & alterius filius. & noſcito idem diuerſa ratione eſſe maius & minus. Nam *genꝰ ſubalternū, ut animal, ſpecie ſua eſt maius, & ſuo genere minus, & aīal ſubijcitur generi ſubalterno, ut corpori animato, ſed nō abſolutè quatenus genus, ſed ſolum quatenus ſpecies eſt, id dico propter hanc rationē, quæ agitari poſſet, hæc ſpecies ſubijcitur generi ſubalterno, demonſtrato animali, & hæc ſpecies eſt genus ſubalternum, igitur genus ſubalternum, ſubijcitur generi ſubalterno.*

Magis genus	*Genus generaliſſimū*	*Sūmū genus*
	Subſtantia	
	Genera media	
Species ſubalternæ	*Corpus* *Corpus animatum* *Animal*	*Genera ſubalterna*
Magis ſpecies	*Species ſpecialiſſimæ* *Homo, Equus*	*Species infimæ*
	Indiuidua	
	Plato, hic equus	

¶ *Loquens* Porphyrius *de ijs quæ in medio ſunt extremorū, ſubiunxit propinquè animali ſpeciem, animal rationale. quod ut quidam adnotarunt,* Platonicorum *cenſura (quibus uidetur magis q̄* Peri-

pateticis addictus (genus eſt hominis. diſſuade tibi ſi aliquando perſuaſeris, illud duntaxat attribuendum eſſe Platonicis & non Ariſtotelicis. ſcribit Ariſtoteles 2.cap.4 Topicorum, immortale eſſe differẽtiã animalis, eo ꝙ animalium alia mortalia alia ĩmortalia. neq; cõfugias ad Platonicos dicendo Ariſtotelẽ ſua id non dixiſſe ſentẽtia, quaſi arbitreris Ariſtotelem melius q̃ Platonẽ de deo, deiq; religione ſenſiſſe. Tum ſi quis calumnietur hunc locum non eſſe Ariſtotelis, poterit eadem ingenij leuitate calumniari cõplures alios Philoſophi locos non eſſe Ariſtoteli aſcribẽdos. ritu gentilium credebant Platonici cælos & aſtra deos eſſe, & inſuper dæmones quoſdam igneos, aëreos, terrenoſq;, & aqueos, & omnia illa animalia eſſe, & ratione uigẽtia. eandẽ opinionem temere & impie defendit Porphyri9, ut ſcribit Auguſtinus 10.lib. de ciuitate dei, ca.9.10. & 11. ſed huic reclamat & aduerſatur opinioni Chriſtianorum religio, quæ deum, rerũ omniũ optimum architectũ, ſummũ bonũ, ſimpliciſſimã ſubſtãtiam colit, amat, & ueneratur. Quare rationale hominis differẽtia recipitur: homo uero, animalis ꝓpinqua ſpecies. ¶Cum extremorum intermedia genera & ſpecies dicantur, colligit generaliſſimi & ſpecialiſſimi intermedia duas amplecti habitudines: unam ad ſuperiora, ſecundum quã ſpecies eorum dicuntur: alteram ad inferiora, ſecũdum quã eorum genera dicuntur: ut animal ad diuerſa cõparatum, diuerſas habet prædicandi denominationes, ſed extrema unicam retinent habitudinem. Ge-

neraliſſimum ad ea quæ ſibi ſupponuntur & poſteriora ſunt, unicam recipit habitudinē, cū ſit genus omniū, id qđ eſt ſupremum: nullam autē ad ſuperiora obtinet, cum ſit ſummum & primū principium. Item ſpecialiſſimum unicam poſſidet habitudinē, per quam ad ſuperiora cōparatur: illā uera quæ ad inferiora deflectitur nō habet, nullius enim ſpeciebus præponitur. ❡*Nec eam ob cauſam genus ſubalternum ut animal, habet habitudinem ad ſpeciem ſpecialiſſimam, quia eſt genere inferior: alioqui ſpecies ſpecialiſſima ut homo, haberet habitudinem ad indiuidua, cū illa ſpecie ſint inferiora & illi ſubiecta: ſed animal habet habitudinē ad ſpecialiſſimum, quia ſpeciebus præfertur, nihil igitur ad inferiora habitudinem poſſidebit, niſi præficiatur ſpeciebus. hanc decerpſi rationem ex Boëtij cenſura dicentis, ſpeciem ſpecialiſſimam habitudinem, quæ ad inferiora committitur non habere, nullis enim ſpeciebus præponitur. Hæc ſyncera & ſolida expoſitio à multorum animis ſcrupum adimet.* ❡*Poſtquam de genere generaliſſimo, ſpecie ſpecialiſſima & de ſubalternis generatim diſſeruit, nūc eadem deſcribens inquit:* Determināt igitur generaliſſimum genus ita, quod cum genus ſit, non eſt ſpecies. & rurſus: ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus. ❡Specialiſſimum vero, quod cum ſit ſpecies nō eſt genus. ❡Et cum ſit ſpecies, nunquā diuiditur in ſpecies. ❡Et quod de pluribus & differētibus numero in eo quod quid eſt prædicatur. ❡Ea vero

quæ in medio ſunt extremorũ,ſubalterna vo cãt genera & ſpecies: & vnũquodq; ipſorum ſpeciem eſſe & genus ponũt, ad aliud quidẽ & ad aliud ſumptum.ea enim quæ ſunt ante ſpecialiſſima vſq; ad generaliſſimũ aſcenden tia:& genera dicuntur,& ſpecies ſubalterna. *Hactenus Porphyrius.diſſerit Ariſtot. de ſubalternarũ generibus 2.cap.4. Top. ubi dicit uirtutẽ & ſcientiã eſſe genera ſubalterna habitus : Generaliſſimũ duabus deſcribitur diffinitionibus.Prima.Generaliſſimum id cenſetur,qđ cum genus fuerit, non eſt ſpecies,ut quãtitas,& unũquodq; prædicamentum.* ¶*Pugnabis in hanc definitionem :ſequeretur animal & unũquodq; genus ſubalternum eſſe generaliſſimum,quod tamen eſt falſum. ſequela probatur:cũ animal ſit genus,non eſt ſpecies.Nam rationes generis & ſpeciei ſunt diuerſæ, & quatenus quidpiã eſt genus idipſum non eſt ſpecies, igitur.*¶*Reſpondebis Porphyrium ſentire generaliſſimum, cum ſit genus, non poſſe in ſpeciei naturam tranſire,quanuis animal quatenus ſit genus, non ſit ſpecies,tamen poteſt in ſpeciei conditionẽ & naturam deſcendere.ſenſus & intelligentia huius,Generaliſſimum cum ſit genus, non eſt ſpecies, erit, generaliſſimum cũ ſit genus, non poteſt in ſpeciem migrare,nec ſpeciei appellationem aſſumere.*¶*Secunda definitio. Generaliſſimum eſt, ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus.* ¶*Specialiſſimum tres amplectitur definitiones.ſpecialiſſimum, cũ ſit ſpecies,nõ eſt genus,hoc eſt, cum ſit ſpecies, non po-*

teſt eſſe genus,ut homo. Hac interpretatione diluetur argumẽtum,quo quiſpiam in definitionẽ inſiliret ad probandũ animal eſſe ſpeciẽ ſpecialiſſimam. Cum enim ſit ſpecies,nõ eſt genus cuius eſt ſpecies. ¶*Sed hoc argumentum non eſt logicum:animal cũ ſit ſpecies, nõ eſt genus cuius eſt ſpecies,ergo nõ eſt genus. Aperta ſatis eſt determinatio & compreſſio quæ antecedenti adiungitur: non autem in conſequente ſimilis obſeruatur,ſed ab omni generis cõditione concluditur animal ſecerni & ſeiũgi.Cum igitur dicimus ſpecialiſſimum, cum ſit ſpecies non eſſe genus, ſanè intelliginus idipſum cum ſit ſpecies, non eſſe genus alicuius, iſtud autem minimè congruit generi ſubalterno. Abſonum eſt dicere animal cũ ſit ſpecies corporis animati, non eſſe genus alicuius.Pariter cum fuerit dictum generaliſſimum cum genus ſit, non eſſe ſpeciem:intelligere nõ oportet generaliſſimum cum ſit genus non eſſe ſpeciem cuius eſt genus. Sed generaliſſimum cum fuerit genus, nullius eſſe ſpeciem: hac enodatione nullus poterit conuincere animal eſſe generaliſſimum.*

¶*Secunda ſpecialiſſimi diffinitio.* Specialiſſimũ cum ſit ſpecies,nunquã diuiditur in ſpecies. *Vt homo,ſpecies eſt ſpecialiſſima:in ſola ſpeciei proprietate permanens.* ¶*Tertia.* Specialiſſimum, eſt quod de pluribus & differẽtibus numero in eo quod quid eſt prędicatur.*Et hæc particula ſolũ,in diffinitione intelligenda eſt. Vocat autem Porphy.quæ extremis intercipiũtur,ſubalterna genera & ſpecies: ad aliud tamen, & ad aliud ſum-*

*pta.Dicuntur igitur genera ſubalterna,quæ cũ ſint genera,ſpecies eſſe poſſunt. De his autem ediſſerens Porphy.perſpicuitatis & facilitatis gratia, exemplum ſumit de genealogia, & ad eum modum qui eſt in familijs quæ procreãt & procreantur,*Agamẽnon,Atrides,&Pelopides,& Tantalides, & vltimũ Iouis.*Iuppiter,horũ principium atque ſupremum omniũ pater:Oreſtes autem filius,ſupremus omnium filius ut adnotauit Ammonius, Agamemnon Oreſtis pater,filius Atrei,Atreus filius Pelopis, Pelops Tantali filius, Tantalus Iouis filius, Atreus,Pelopis filius tanquã eiuſdem ſpecies, quaſi Agamemnonis genus eſt.Item Agamemnon, ut dicit Boëtius,Atrides,& Pelopides,& Tãtalides, cũ Pelops ad Tantalum comparatur, Tantalúſque ad Iouem quaſi ſpecies. Itemq; Tantalus ad Pelopem, Pelops ad Atridem quaſi genera eſſe uideantur, cum Iuppiter uelut ſit horum generaliſſimum genus.Et cum illud Porphy. ex proſapia adduxit exemplum,nitebatur oſtendere quadam analogia eorum qui ex quadam ſobole filij & patris denominationem habent:& qui ad unum principium reducuntur, quædam intermedia genera & ſpecies dici.*Sed in familijs quidem plerunq; reducũtur ad vnum principium:verbi gratia ad Iouem. In generibus vero & ſpeciebus non ſic ſe habet.¶Neq; enim(vt ait Porphy.)eſt cõmune vnum genus omnium ens: nec omnia eiuſdem generis ſunt ſecundum vnum ſupremũ genus,quẽadmodũ dicit Ariſtoteles: ſed

poſita ſint(quemadmodum in prædicamentis dictum eſt)prima decẽ genera quaſi prima decẽ principia.Et ſi quis omnia entia vocet,æquiuoce (inquit) nũcupabit & non vniuoce.ſi enim vnum eſſet cõmune omniũ genus ens:vniuoce entia dicerentur.Cum vero decẽ ſint prĩcipia:cõmunio ſecũdũ nomẽ eſt ſolum,non etiam ſecũdum rationem,quæ ſecundum nomẽ eſt.❡*Non omnes in eadem fuerunt ſententia & opinione de entis natura, an illa dicenda ſit uniuoca uel æquiuoca. Qui adnixi ſunt omni ope & conatu aſſerere ens eſſe omnibus uniuocum, tenebras lectori offundentes in nitidum Ariſtotelis & Porphyrij campum urticas,tribulos, & lolium,quo aperte uictitant,inuexerũt:qui imperite & cum perpetua infamiæ nota Ariſtotelem interpretati ſunt:quorum ſolutiones, quiſquilias, & reſponſiones,dolo refertas, & infantilia ſomnia ad hunc locum candidis conſulentes ingenijs adducere noluimus.Ipſis autem Philoſophum reclamare & aperte refragari docebimus. Primo tamen quorundam cenſuram diuulgabimus.*❡*Anaxagoras dicebat ens eſſe genus,nõ quidẽ ad decẽ prædicamenta,ſed duntaxat ad genera & ſpecies prædicamẽti ſubſtantiæ.Ratio prædicatur de ſubſtantia per ſe non autem de accidente. Hæc enim prædicatio eſt uera,ſubſtantia eſt ens : hæc uero ſimpliciter falſa, accidens eſt ens:ſed accidẽs eſt ſolum ens enti inhærens.Hanc opinionẽ nõnulli ſequuti ſunt: qui affirmabant ſubſtantiam & ens conuerti. Nam nihil eſt*

ens quin illud ſit ſubſtantia, & contrà, cum prius ens dicatur: & per ſe de ſubſtantia: & de accidente remotius. ¶*Nõnulli huic aſſertioni uiſi ſunt hac aduerſari ratione: Si ita eſſet ꝙ ſolum ens de ſubſtantia diceretur, ꝙ maximè ab oculis ſenſibile diſtaret, eſſet tamen à me inſpectũ, ens non iudicaretur. itaq; huic propoſitioni fidẽ nõ adhiberẽ, hoc eſt ens. cum dubito illud eſſe ſubſtamtiam, ut hypotheſi quadam id cõcedatur. Sed illud eſt falſum. Nã uulgus minime dubitaret qđ mihi obijcitur, quanuis illud dubitẽ eſſe ſubſtantiã, dici aliquid & eſſe ens.* ¶*Qui Anaxagoræ ſectã æmulantur iudicãtes iſtius enuntiationis, hoc eſt ens, prædicatũ ſolum accipi pro ſubſtantia, de hac re certamen ad uulgus imperitũ non referunt.* ¶*In aliam deſcenderunt opinionem Platonici & Stoici, aſſeuerãtes ens eſſe omnibus prædicamentis genus. ſicut ſubſtantia eſt genus omnibus ſubſtantijs cõmune: & qualitas cuiq; qualitati.* ¶*Et quẽadmodum animal omnibus animalibus, eſt commune genus: ita ens omnibus prædicamentis eſt commune genus, horum ratiuncula, ens de pluribus ſpecie differẽtibus in eo quod quid eſt prædicatur: ergo eſt genus, non concludit. quanuis enim eſſet genus, non propterea ſequeretur ipſum eſſe genus ad omnia prædicamenta. De entis diffinitionibus uide Platonem libro de Sophiſta ſeu de ente. Qui iſtius opinionis ſectatores fuerunt, ducebantur uerbi, ab eo quod eſt, uirtute. Omnia enim ſunt, igitur ens eſt rerũ omniũ principium. Et ab eo quod dicimus eſt, participium inflectentes ultimum*

omnium genus,ens poſuerunt. Sed Ariſtoteles (ut inquit Boëtius) reclamat huic ſententiæ : nec ad unum res omnes putat duci poſſe primordium, ſed decem genera eſſe in rebus . quæ cum à ſemetipſis diuerſa ſunt : tamen ad nullũ commune principium reducuntur. Hæc autem decem genera ſtatuit:ſubſtantiam, quantitatem,ad aliquid,qualitatem, agere,pati,quando,ubi,ſitus,habere.Quod uero occurrebat, quoniam de omnibus his eſſe prædicaretur (omnia enim quæ ſuperius dicta ſunt genera , eſſe dicuntur) ita diſcuſſit ac repulit dicens non omne commune nomen , communem etiam formare ſubſtantiam : nec ex eo debere genus eſſe commune arbitrari , quòd de aliquibus commune nomen prædicaretur.Hactenus ille.Tum etiam dicit Philoſophus tertio Metaphy.Si enim quoniam uniuerſalia,magis principia ſunt:patet quòd ſumma generum(hæc enim de omnibus dicuntur) tot ſanè principia entium erunt,quot prima generum ſunt.Quare & ipſum ens, & ipſum unum, principia & ſubſtantiæ erunt.Hæc enim de omnibus maxime entibus dicuntur.Non eſt autem poſſibile,neque ipſum unum,entium eſſe genus,neque ipſum ens. neceſſe etenim eſt uniuſcuiuſque generis differentias, & eſſe , & unamquanque unam eſſe.Impoſſibile uero eſt aut ſpecies generis de proprijs differentijs prædicari , aut genus eſſe abſque ſuis ſpeciebus. Quare ſi unum uel ens genus eſt: nulla differentia nec unum , nec ens erit. at ſi non genera:nec principia erunt.ſiquidem genera , prin-

cipia ſunt. Item dicit quinto Metaphy. Ens dicitur aliud ſecundum accidens: aliud per ſe. ſecundum accidens: ut iuſtum, muſicum. Si igitur ens aliter dicatur de ſubſtantia & aliter de accidente, non erit uniuocum ſubſtantijs & accidentibus. Itē nono Metaphyſi. dicit ad ſubſtantiam cæteras entis prædicationes referri. Nam ſecundum ſubſtantiæ rationem cætera dicuntur entia, quantum, & quale. ¶ Nunc operæprecium fuerit peritorum rationibus digladiari. Genus in ſuas partitū ſpecies omnibus ſuis æque ineſt ſpeciebus: nec ſecundum generis participationem conſideratur quid prius poſteriúſue fuerit: & dimota una ſpecie, cæteras dimoueri non eſt neceſſe. Si itaque in decem prædicamēta ens diuiditur: tanq̄ genus in ſpecies, non oportebit in his quicq̄ eſſe prius ac poſterius, & dimota una ſpecie quæcunque fuerit illa, alias ſeiungi & ſubtrahi non oportebit. ſed ſublata ſubſtātia, cæteræ ruūt ſpecies, ſcilicet quātitas, qualitas & alia accidentis prædicamenta: igitur perſpicuum euadit, ens non eſſe omniū prædicamentorum commune genus. ¶ Tum etiam generis definitio omnibus ſuis ſpeciebus æque accōmodatur: ut animalis definitio quæ eſt, ſubſtantia animata ſenſibilis, homini, equo, aſino & alijs ſpeciebus ſimpliciter, æque & uniuoce congruit. ſed nulla entis definitio inueniri poteſt, quæ omnibus prædicamentis aptari poſſit: idcirco non dicitur uniuoce de omnibus prædicamentis. ¶ Cōuincit ſtrenua ratione Boëtius ens prædicamentorū genus eſſe nō poſſe. Vnius rei duo

genera eſſe non poſſunt: niſi alterum alteri ſubijciatur, ut hominis genus eſt animal, atq; animatum, cum animal animato uelut ſpecies ſupponatur. At ſi duo ſint ſibimet ita æqualia, ut nunq̃ alteri alterum ſupponatur: hæc utraq; eidem ſpeciei genera eſſe non poſſunt. Sed ens & unum ſunt æqualia. Nam ſi aliquid ſit ens, ipſum eſt unum, & ediuerſo, ex Philoſopho in Metaphy. ſi igitur unũ ſit ſubſtantiæ aut alterius prædicamenti genus: eiuſdem fieri non poterit ens eſſe genus. aliter eiuſdem rei duo eſſent genera, quorum neutrum alteri ſupponeretur, quod eſt abſonum: & contra logicas diſciplinas. Decertabit quiſpiam, etiã Ariſtotelis doctrina probãdo ens eſſe uniuocum: inquit Ariſto. 2. cap. 4. Metaphy. Quis multipliciter dicitur, ſed ad unum & unam quandam naturam, & non æquiuoce dici tur. Si non æquiuoce, nónne igitur uniuoce? quid ergo obſtabit quo minus ſit uniuocum? Non parui ſanè eſt momenti obiectio, quam tamen pro uiribus diſſoluere conabimur. Volebat Ariſt. omnium entiũ naturam particularem omniaq; entia multiplici ratione diſtincta ad unam entis naturam omniũ communiſſimam (quatenus quidẽ ens eſt) cõtendere, tametſi multiplex ſit entium omnium cõditio & uarietas. Analogiã ad id perſuadendum ponit: Quẽadmodum omne ſanũ ad ſanitatem dicitur partim quia conſeruat, partim quia efficit, partim quia indicat ipſam, partim quia eſt ſuſceptiuum ipſius: ita ens multipliciter quidem dicitur, ſed totum ad unum principiũ. quædã enim quia ſubſtantiæ ſunt,

entia dicuntur: quædam quia ſubſtantiæ ſunt affectus: quædam quia ſunt ad ſubſtantiam uia, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, & ita de alijs. ¶ *Cum ſpecierum naturam ad generis ſectionẽ noſſe decuerit, & ſcientia infiniti eſſe nõ poſſit, cũ intellectus hominis paucis præmunitus uiribus, infinita ambire non poſſit, idcirco* Porphy. *de multitudine generum, ſpecierum, & indiuiduorum exacta ratione diſſerit, dicens genera generaliſſima certo præfixa numero, & ſpecialiſſima pariter, indiuidua autem ſpeciebus obnoxia eſſe infinita.* Nec *immerito indiuidua dicuntur infinita: nam in tantam quotidie adoleſcunt multitudinem, & ad diuerſa ſparſim loca excreſcunt, ut ſcientia in unum comprehendi non poſſint.* Et *plurimum confuſa & indeterminata ipſorum multitudo, intellectum uarijs occupatum rebus, & tenui adiutum præſidio ab eorum ſcientia auocat, & præpeditum abducit.* Q*uare* Plato *à generibus præcipiens fieri ſectionem, ad ſpecialiſſima uſque à generaliſſimis deſcendentem iubebat quieſcere: nec ad indiuidua (quod natura non ferret) progrediendum. deſcendere autem per media diuidentes ſpecificis differentijs.* I*nfinita uero (inquit) relinquenda. neq; enim eorum diſciplinam poſſe fieri.* V*ocamus ſpecificas differentias, quibus ſpecies informantur & definiuntur.* C*um igitur (inquit* Boëtius*) ex* Porphyrij *doctrina diuidimus animal rationale, mortale immortaleque ſeparamus: cæteráque genera talibus differentijs quæ ſubiectas ſpecies informant* Pla-

to conſuluit eſſe diuidenda uſq; dum ad ſpecialiſſima ueniretur. debinc conſiſtere, nec infinita ſequi: quoniam indiuiduorum nunquam eſſet nec diſciplina, nec numerus. Et qui ad ſpecialiſſima diuidendo deſcendunt, eos per multitudinem progredi neceſſe eſt: qui uero ad generaliſſima aſcendunt, neceſſe eſt multitudinem in unum cõtrahere. Nam multorum in unam naturam adunatiua ſpecies eſt, & magis id quod eſt genus. particularia uero ſeu indiuidua (quæ diſgregatiua & diuiſiua ſunt) contrario modo ſemper unum in multitudinem diuellunt, ac diſtrahunt. Nanq; participatione ſpeciei plures homines vnus: particularibus vero & ſingularibus plures dicitur. diuiſiuũ eſt & diſgregatiuum quod particulare eſt & ſingulare. aduнatiuum vero & collectiuum quod cõmune eſt. *Et quia ſpecies ſola indiuidua colligit, genus uero tam ſpecies quàm ipſarum ſpecierum indiuidua contrahit, ideo genus magis eſt collectiuum q̃ ſpecies. Et cum ſpecies (ut probe exponit Boëtius) ſingularẽ particularémque multitudinem ad ſingularitatis perducit unitatem, conueniens fuit Porphyrij aſſertio dicẽtis participatione unius ſpeciei plures homines eſſe unũ hominem, non autem, ut falſò quis opinaretur, Socratẽ eſſe Platonem: ſed multitudinem in particularia diſiunctam & diſcretam ad ſingularitatis unitatem peruenire: ut aſſignata Socratis, Platonis & cæterorum multitudine: Socrates eſt unus homo: & Plato unus homo. at uero unus homo qui ſpecialis eſt, ſi ad hominum multi-*

tudinem, qui ſub ipſo ſunt, conſideretur, fit plures: nam ſicut homo ſpecies in hominum copiam diduci poteſt: ita & plures homines in ſpeciali homine unus eſt, & ſpecialis unus eſt in pluribus infinitus. ¶ *Obijcies probando genus non eſſe magis collectiuum, potiſſimum animal ad hominē. ſed probo ꝙ non: homo eſt genus, igitur non eſt minus collectiuum quàm animal. anteœdens probatur.* Dicit Porphy. *cap. de generis & differentiæ cōmunitatibus:* Q*uæcunque prædicantur de genere, ut genus eſt: eadem & de ijs quæ illi ſubſunt ſpeciebus prædicantur.* At *genus prædicatur de animali ut de genere: igitur de eo quod animali ſubijcitur prædicabitur. homo animali ſubijcitur: igitur genus prædicatur de homine.* ¶ Dicit Boëtius *id intelligendum eſſe de generibus animali ſuperioribus, quemadmodum corpus animatum prædicatur de animali, ut de genere ſibi inferiore & ad ſuas ſpecies proprio genere: etiam prædicatur de homine ut hominis genus eſt.* ¶ Aliter dicit Ammonius, Porphy. *adieciſſe illud ut genus, hoc eſt ut res, non ut habitū ſignificās.* Q*uæcunq; igitur de animali, ut animal eſt, prædicantur, id enim eſt illud ut genus: eadem omnino & de ſpeciebus, & de indiuiduis prædicabuntur.* Genus *enim de animali non ut animal eſt prædicatur, ſed ut eius ad ea quæ ſub eo ſunt, habitum oſtendit.* Boëtij *ſolutio eſt facilior.* ¶ A*ſſignatis generis & ſpeciei deſcriptionibus, & quid ſit utrunq;, & poſtquam docuit unum genus ſemper in plurimas diduci ſpecies, illud adiungit:*

Gen⁹ quidē ſemp de ſpecieb⁹ p̄dicatur,& oīa ſuperiora de inferioribus.ſpecies aũt neq; de ꝓximo genere,neq; de ſuperioribus,neq; enī cõuertitur.oportet aũt aut ęqua de ęquis p̄di cari,vt hinnibile de equo:aut maiora de minoribus, vt aīal de homine : minora vero de maiorib⁹ minime.neq; enī dices aīal eſſe hominē,quēadmodũ hominē diceseſſe animal.

¶*Quoniam de indiuiduo Porphy. ſermonē habuit, huiuſmodi nominis rationem conatur oſtendere.* Indiuidua(vt inquit)dicũtur huiuſmodi,quoniam ex proprietatibus conſiſtit vnũquodq; eorũ:quarũ collectio nũquã in alio eadē erit. *Nã Socratis proprietates,ſi fuerit caluiſſimus,propenſa aluo, cæteriſq; corporis liniamentis aut morum inſtitutione:in alterum migrare non poſſunt. Cuiq; enim indiuiduo ſua ineſt proprietas & conditio,quæ alteri,quamuis omnino diſſimilis non fuerit,eſt tamen quidpiam quo alterum ab altero accidēte diſcernitur.* ¶*Indiuiduũ plurib⁹ modis dicitur. Vnus tamen logicis erit diſciplinis accõmodus. Indiuiduũ dicitur,qđ nullo modo ſecari poteſt,ut deus,angelus,aīa rationalis. Dicitur & indiuiduũ qđ ob ſoliditatem diuidi nequeat,ut adamas lapis præſtanti uirtute. Deinde dicitur indiuiduũ,cuius prædicatio in reliqua ſimilia non cõuenit, ut Socrates. nam cum illi ſint cæteri homines ſimiles, non conuenit proprietas & prædicatio Socratis in cæteris.hæc ad Porphy. refert Boëtius. Vltima ad logicum ſpectat acceptio.* ¶*Quàm uarie indiuidui pro*

prietates à ſpeciei proprietate diſcrepent, dilucidat Porphyri⁹ dicẽs, Hominis ꝑprietates qui eſt cõmunis eſſe in plurib⁹, magis autẽ & in omnibus particularib⁹ hominib⁹, ĩ eo quòd homines ſunt. *Etenim perſpicuũ euadit, hominis ꝑprietatẽ à natura inſitã (quæ eſt ratiocinãdi potentia) hominibus poſſe cõpetere.* ¶*Poſtremo cõcludit indiuiduum contineri ſub ſpecie: ſpeciẽ autẽ ſub genere.* Totũ enim eſt gen⁹, indiuiduũ autem pars: Species vero, & totũ eſt & pars: ſed pars quidem alterius: totum autem non alterius, ſed in alijs. in partibus enim totum eſt. ¶*De quo autẽ toto loquatur, ambigere poteris. ſed dicã ipſũ loq; de toto uniuerſali. Eſt autẽ totũ uniuerſale terminus alio ſuperior, cuius pars eſt terminus eo inferior, & pars ſubiectiua dicitur. ut aĩal hominis, equi & aliarũ ſpecierũ eſt totũ uniuerſale, cum ſit ſuis ſpeciebus magis cõmune & ſuperius. Et ſpecies illius ſunt partes totius uniuerſalis. Homo eſt totum uniuerſale ad ſua indiuidua comparatus. Illius uero ſingularia ſolũ partes dicuntur ſubiectiuæ, cum ſuperioribus famulentur & ſubijciantur: & de nullis inferioribus dici poſſunt. Et quemadmodum idem ad diuerſa comparatum cenſetur ſuperius & inferius: ita idem uario reſpectu eſt totum & pars, ut homo ad ſuperius comparatum, pars dicitur: ad inferius uero, totũ uniuerſale. Nec ſolum Porphy. loquitur de ſpecie ſpecialiſſima, dicens ſpeciẽ eſſe totũ & partẽ. Nã ab optimis eſt receptum logicis, aĩal & alia genera media, eſſe totũ & partem, cum ad*

*aliud & ad aliud ſit cõparatio.*Genus *ſi quodpiam fuerit quod cenſeatur totũ ſimpliciter & nõ pars, illud erit generaliſſimũ.*Et *totũ uniuerſale quodcũq; fuerit, quatenus totũ non eſt alterius, ſed in alijs. In partibus enim totum eſt. Nã illud omnibus ſuis partibus copulatur & communicatur.*

De *differentia,* Scholia.

Vm ad cõſtituẽdã ſpecierũ perfectione magnũ nobis differẽtiæ eas ſectãtes adiumẽtũ & adminiculũ ſuppeditẽt, hoc licebit curriculo & ſatis cõmode ad integrã differẽtiarũ cognitionem deſcendere. Sed priuſq; ad uarias differentiarum diuiſiones & definitiones accedamus: ſciſcitatiunculã agitabimus, Cur Porphy. differentiam ſpeciei poſtpoſuit, cum ipſa ſit ex qua cũ genere efficitur ſpeciei ſubſtãtia. ¶Reſpondent docti uoces Porphyrianas bifariã poſſe conſiderari: ordine naturæ, & doctrinæ. Si ſpectemus naturæ ſeriẽ, hoc digerẽtur ordine: Genus, Differẽtia, Species, Propriũ, Accidẽs. Nec hoc mireris ordine, differẽtiã ſpeciei pferri. Nã eſt ut forma generi tanq; materiæ adueniens & ipſum coarctans ad integram ſpeciei ſubſtantiam. & ſpecies eſt ut compoſitum ab utraque generis & differentiæ natura confectum & uere politum. Si uero ordinem doctrinæ perpendas, ſpeciẽ differentiæ præferri licebit. Nam ordo doctrinæ eſt ut illa præcedãt, quæ ad præcedentiũ intelligentiã paratiora ſunt & accõmodatiora. modo cũ prius ſit genus deſcriptũ, cui ſupponitur ſpecies, hoc aperte

exploratum euadere non poteſt, niſi ſpecies generi connexa, cognoſcatur. Et hunc illarum uocum ordinem conſiderabis, ſi rationem ad doctrinam referas: Genus, Species, Differentiã, Proprium, Accidẽs.

¶Tracturus operæpretium duxi tribus modis oſtendere aliud ab alio differre, genere ſpecie, & numero, anteq̃ ad primam differentiarum diſſectionem proficiſcar. & conſulto id fieri uidebitur. Nam in illis tribus modis, aut ſecundum ſubſtantiales differentias, alia res ab alia diſtat: aut ſecundum accidens. quæ genere uel ſpecie diſtant, ſubſtantialibus quibuſdam differentijs diſgregantur: ut homo & arbor. genere diſtantia, differentia ſenſibili, diſcrepant. ſenſibilis enim qualitas animali admota differentiã facit: & animato aduenienś, animal conſtituit: quæ ſi abducta fuerit, cum inſenſibili, fient uirgulta & plantæ. Illa etiã quæ ſpecie diſcriminantur, differentijs ſubſtantialibus diſcrepant, ut homo & equus, rationali & irrationali differentijs diſcriminantur. ſed indiuidua ſolo numero diſcrepãtia, ſolis accidẽtibus differũt: hæc autem ſunt ſeparabilia uel inſeparabilia q̃dẽ, ut moueri, ſedere, quieſcere. differt enim aliquis ab alio ꝙ moueatur, & alter ſomno opprimitur, aut quieſcit. Inſeparabilia, ut naſi curuitas, oculorũ cæſitas. Et ſecũdum hunc differentiæ ternarium colligit Porphyrius differentiarum diuerſitates, dicens, differentiam communiter, propriè & magis propriè dici. Nam quæ genere aut ſpecie diſcrepant, differentia magis propria differunt. Quæ uerò ſolo accidentẽ differunt,

differentia communi ſeu propria diſtare dicuntur.
¶*Communiter alterum ab altero differre dicitur: quod alteritate quadam differt quocũq; modo, uel à ſeipſo uel ab alio, ut* Plato *ſedens uel ſenex, differt à* Socrate *ambulante uel iuuene.* Nam *ex accidentium uarietate & diſcrepantia, ipſa indiuidua eo differentiæ modo diſtare perpendimus.* Similiter Socrates *ſi ad annoſam ætatem adoleuerit, differt à ſeipſo puero:nam ex uariata accidentibus materia,uariatur accidentaliter indiuiduum.*¶*Alteritatem uocat* Porphyrius *accidens ſeparabile, quo quiſpiam à ſeipſo uel alio diſtat:& in hac alteritate res non omnino nec ſemper, ſed aliquo modo ſe habent, cum talis à ſubſtantia dimoueri poſſit.*
¶*Differentiæ dicuntur communes, quia non ſunt determinatæ in aliquo, ſed cõmuniter in omnibus. & nullius(ut inquit* Boëtius*)propriæ eſſe poſſunt differentiæ quæ ſeparabilia accidentia ſola ſignificant,ut puerum eſſe, adoleſcentem, & ſenem,accidentia dicuntur ſeparabilia.* Nam *ab ipſa pueritia, ad decrepitam uſque ætatem, naturæ neceſſitate progredimur.* Similiter *uniuſcuiuſque forma corporis eſt ſeparabile accidens.* Nemo *enim tã elegãti eſt forma,quin conſeneſcente ætate eam deperdere poſſit,cum null⁹ diuturna ac ſtabili forma perſiſtere poſſit.*Vnde *nobis relinquitur contemplatio momẽtaneæ pulchritudinis,ne formoſiſſimæ uenuſtati nimium confidentes inſolentius efferamur, & ſuperbiamus.*¶Proprie autem differre alterum ab altero dicitur,quando inſeparabili ac

cidente,alterum ab altero differt.Inſeparabi le vero accidens eſt, vt naſi curuitas, cæſitas oculorũ,cicatrix cum ex vulnere occalluerit. *Proprias dignoſcimus differentias,quando accidentia inſeparabilia ſignificant. ea huiuſmodi ſunt, ut ſi quis naſo ſimo, aquilino, aut curuo naſcatur,uel progenit⁹ fuerit cæſijs oculis.Eſt autẽ cæſius color, qui cœli ſpeciẽ habet,q & glaucus dicitur.ſũt & huiuſmodi accidẽtia:quæ p accidẽs corporibus acci dũt ut uulnus illatũ,ſi cicatricæ obduruerit & callũ contraxerit,propriam differentiam faciet.Propriæ dicuntur differẽtiæ,quia determinatæ ſunt in aliquo,& quæ(ut ſentit Boëtius) uniuſcuiuſq; indiuiduí formã aliqua naturali ꝓprietate depingunt: ut ſi quis ſit criſpo capillo. Etenim ꝓpria uniuſcuiuſque ſinguli hominis ſunt, quoquo modo iſta naſcuntur.*¶Magis propriè dıfferre alterum ab altero dicitur, quãdo ſpecifica differẽtia differt, quemadmodũ homo ab equo ſpecifica differrentia differt,rationali qualitate.*ſpecificam uocant differentiam,quæ integram ſpeciei naturam & ſubſtantiam informat, & in ipſa permanet,eandémque definit ut rationale.Ariſtot. dicit tertio capite,ſexti Topicorum, Omnem differentiam ſpecificam cum genere ſpeciem facere.*Differt *ſpecifica differentia homo à bruto, quòd rationalis eſt,& ipſa rationabilitas hominis ſubſtãtiam perficit.quòd ſi homo illa nobili qualitate non ueſtiretur,nec præſtantiam à ratione ſuſciperet,fieret prorſus bonarum literarum expers, & bru-*

tum referret. quare differentijs magis proprijs uniuſcuiuſque ſubſtantiam perpendimus. Nam ſi communes idcirco dicantur, quia ſeparabiles atque omnium ſunt, aliæ autem propriæ diuelli non poſſunt, quanuis accidentium numero inſerantur: illæ iure magis propriè prædicantur, quæ non modo à ſubiecto diſiungi non poſſunt, uerumetiam ſubiectis ipſis ſpecies, ſubſtantiámque perficiunt.

¶*Cum omnis differentia alterum ab altero diſterminet, & alterius ab altero diſtantiam faciat, concludit Porphyrius omnem differentiam alteratum facere: ſed eæ quæ communiter & propriè dicuntur, alteratum faciunt: illæ uero quæ ꝓpriè ſunt, aliud.* ¶*Differentiam facere alteratum, eſt ipſam accidentaliter, ſeu ſubſtantialiter facere differre, ut eloquens facit alteratum, efficit enim accidentaliter Ciceronem à barbaro & imperito diſtare. Facit & rationale alteratum, cum diſiungat eſſentialiter hominem à bruto.* ¶*Differentia facit aliud, quæ eſſentialiter facit differre, & ſola eſt magis propria, quæ tantum uirtutis ſibi uendicat. Communes & propriæ differentiæ, quoniã ſpeciem non permutant, ſed formã quodãmodo, & habitudinem ſolã faciunt diſcrepare: alteratũ facere dicuntur, id eſt, nõ integrum alterum facere, nec integrè (ut ſentit Boëtius) permutare, ſed quodammodo diſcrepantiã, diſtantiámq;: quare non dicuntur aliud facientes, id eſt, permutantes integrè, ſed magis alteratum, id eſt, non integrũ alterũ faciẽtes. Porrò illis differentijs nihil ſubſtantiali differẽtia ab altero eſt*

diſſociatum, igitur non faciant aliud. Magis *autem differentiæ, quoniam ſubſtãtiam tenent, & in ſubiecti forma prædicantur, atq; ſubſtantiam ab alterius conſortio excludunt, non ſolum alteratum, ſed & aliud (quod præſtantius eſt) efficient. hoc apertè exponit* Boëtius, *dicens: quoniam homo atque equus, quantum ad id quòd animalia erant, una illis erat ſubſtantia: ueniens rationale, diſgregauit omnino ſpeciem, & funditus alterã fecit.* ¶ *ſecunda diuiſio differentiarum.* Differentiarũ aliæ alteratum faciũt, aliæ vero aliud. quæ aliud faciunt, ſpecificæ vocãtur: illæ vero quæ alteratum, ſimpliciter differẽtiæ. animali enim differentia adueniens rationalis, aliud facit, & ſpeciẽ animalis facit: illa vero quæ eſt mouẽdi, alteratũ ſolũ à quieſcente facit. quare hæc quidem aliud: illa vero alteratum ſolũ facit. *Poſtquam docuit* Porphyrius *omnem differentiam facere alteratum, nunc inſinuat quaſdam ſolum alteratum efficere, alias uero aliud. quanuis ab alterati efficientia non ſegregentur.* Propriæ *& communes alteratum ſolum conficiunt: nam ſolam accidentis habitudinem & pernutationem important: ut ſedere ſola alteratione diſterminat ſedentem ab aſſiſtente: non enim homo ſedens eſt alius ab homine aſſiſtente, aliter ſedere faceret aliud, ſed ſola alteratio & quædam accidẽtis enarratio unũ ab altero disiungit.* Differentiæ *facientes alteratũ, ſimpliciter dicuntur differentiæ: nam cum ſpeciem & ſpeciei naturã minimè conſtituant, ſolũ faciunt,*

aut quadam proprietate formæ, aut aliqua habitudine, uel diſpoſitione unum ab altero diſtare: nec (ut magis propriæ) à Porphyrio dictæ ſunt ſpecificæ. Nam ſpeciei definitionem & ſubſtantiam non poſſunt conſtituere. Quæ uero faciunt aliud, non ſolum ab ipſo differentiæ dicuntur, ſed & ſpecificæ, & non immerito: nam ſpeciei definitionem conſiciunt, quæ & ſubſtantiales dicūtur, ut ſi mortale & rationale differētias animali ſupponamus, non erit dubium, quin hominis ſpeciem & naturā componamus, & ab illis ſuam ſuſcipit homo perfectionem: quare perfectriæs, & ſpecificæ dicuntur, quòd & permutant naturam, & ſpeciei ſubſtantiā conſtituunt. ❡ *Perpēdes alteratum plus eſſe quàm aliud: eſt enim continens, & aliud contentum. Nā omnis differentia faciens aliud, facit alteratum, at non ediuerſo. Dicit Boëtius aliud eſſe quod tota ſpeciei ratione diuerſum eſt, ut equus ab homine, quoniam rationalis differētia animali aduenìens hominem fecit, aliūdque eum q̃ equum eſſe conſtituit. Et alteratum quod ab altero qualibet ratione diuerſum eſt.* ❡ *Contendes in illam ſecūdam diuiſionem. ſecundum membrorum nón aduerſatur primo: at uiſionis membra debent inter ſe aduerſari, igitur diuiſio eſt incommoda. maior probatur. Differentia faciens aliud, facit alteratum, igitur ſecundum mēbrum non aduerſatur primo.* ❡ *Reſpondebis mēbra bonæ diuiſionis non ſemper re aduerſari & inter ſe opponi, quāuis ratione ſint oppoſita. Fateor differentiam aliud facientem, facere alteratum, ſed*

diuerſa ratione aliud & alteratum cõponit:ut rationale facit alteratū, quatenus facit hominē diſtare ab equo. Et facit aliud, quatenus hominis definitionē & ſubſtantiā conſtituit. Dicunt nonnulli Porphyriū in ſecunda differentiarū diuiſione preſſius ſumpſiſſe alteratum, quàm in illa ꝓpoſitione: omnis differentia facit alteratum. nec forſitā abſonū: nam in illa ſecunda diuiſione, diſterminat differentiam facientem aliud ab ea quæ alteratum ſignificat. Eſt autem facere alteratum (preſſius ſumendo alteratum) facere unum ab altero accidentaliter differre, & hoc modo rationale non facit alteratū. ¶Facta differentiarum diuiſione eas diſſecando oſtendit, quænam differentiæ diuiſionibus, ac definitionibus accommodentur, quæ uero mininime. Secundū (inqut) aliud facientes differentias, diuiſiones fiunt à generibus in ſpecies & definitiones aſſignantur, quæ ſunt ex genere & huiuſmodi differētijs: ſecūdū autē eas quæ ſolū alteratū faciūt, alterationes ſolū cōſiſtunt, & aliquo modo habētis ſe ꝓmutationes. hactenus Porphyrius. *Quoniā diuiſio generis ita in ſpecies facienda eſt, ut illæ à ſe ſpecies omni ſubſtātiæ ratione diuerſæ ſint: idcirco reijcit differentias cõmunes & proprias à generis diuiſione, & ſolum ſubſtantiales approbat & magis proprias generis diſſectioni maximè accommodas. Nam illæ faciunt aliud, quod generis diuiſio in ſpecies à ſe inuicem diſterminandas expoſcit. Ad definitionem quoque eædem magis propriæ plurimum conferunt. Nam*

definitio eſſentialis ex genere & differentia magis propria,conſtituitur, ut animal rationale. Et hæc definitio diſciplinis uſitatiſſima eſt. Communes autē & propriæ differētiæ,uelut inutiles à definitione (non tamen à deſcriptione)ſegregātur.Nā communes & propriæ non explicant in alicuius deſcriptione eſſentialiter quid eſt, nec ſubſtantiam oſtendunt. Omnis autē definitio ex Ariſtotele exprimit ſubſtantiam.¶*Differentiæ magis propriæ duo ſortiuntur officia. Vnū,diuidūt genus: & ut diuiſiuæ ad partitionē generis accommodantur,& cum diuiſiuæ ſint generis, aliud conſtituunt quàm erat. Nam ad certas ſpecies transferūtur. Aliud,ſpeciem informant:& ut ſpeciem informant, definitionibus accommodantur : cōmunes autem & ꝓpriæ, quoniā neq; aliud faciunt,ſed alteratum: neq; omnino ſubſtantiam monſtrant,æque à diuiſione,ut à definitione diſiunctæ ſunt.* ¶*Tertia diuiſio. Differentiarum aliæ ſunt ſeparabiles,ut moueri, quieſcere, & ſanum eſſe,& ægrum eſſe: aliæ ſunt inſeparabiles,ut aquilū eſſe uel ſimū,uel rationale,uel irrationale.Differētiæ ſeparabiles, non abs re dicuntur ſeparabiles: nam de aliquo ſubiecto & uerè affirmari & negari poſſunt. & ſolū cōmunes talē ſortiuntur denominationem . illæ enim poſſunt & uerè affirmari & negari de ſubiecto , ut ſedere de Socrate (ſi ſedeat) affirmatur , & de eodem poteſt uerè negari. Differentiæ inſeparabiles appellantur,quæ de ſubiecto uerè negari non poſſunt,de quo prius affirmabātur,ut cæſitas oculorū,uel fla-*

ua cæſaries, ſi de aliquo affirmetur, nō poteſt de eodem remanente negari: ſimiliter rationale homini admotum, nunquam poteſt ab hominis ſpecie ſegregari. Differētiæ, tā propriæ quàm magis propriæ, eam ſibi aſciſcunt differentiæ inſeparabilis denominationē. ¶ Quarta diuiſio. Inſeparabilium aliæ quidem ſunt per ſe, aliæ uero per accidēs. Illæ quæ ſunt per ſe, à magis proprijs proficiſcuntur: quæ uero ſunt per accidens, à ſolis proprijs manant. Illæ quæ ſunt per ſe in ſubſtantiæ ratione) ut inquit Porphyrius) accipiuntur & faciunt aliud, ut rationale hominis rationem ſeu definitionem ingreditur, & ſpeciei perfectionem ſubminiſtrat. Plurimū Boëtius ad Porphyrium deſcendit, dicens: Per ſe autem aliquid ineſſe dicitur: quod alicuius ſubſtantiā informat. Si enim idcirco quælibet ſpecies eſt, quoniam ſubſtantiali differentia conſtituitur: illa differentia per ſe adeſt ſubiecto, ut hominē rationalitas conſtituens ſui præſentia ſpeciem quā tuetur informat, quæ ſi diſceſſerit, hominis ſpecies non manebit. Inſeparabilis differentia dicitur ab Ammonio per ſe exiſtere, quia ſubiectæ materiæ eſt completiua. Quæ uero ſunt per accidens, nullius ſubſtantiā informant: nec ſpeciē ſubſtantialiter perficiunt, ut aquilū eſſe, ſimū eſſe. quæ idcirco per accidēs nūcupantur, quoniā iā cōſtitutæ ſpeciei extrinſecus accidunt, nullius rei effectiuæ, nihilq́; ſubiecto ſubſtantiæ ſuppeditantes. ¶ Duplex à Porphyrio aſſignatur diſcrimen inter differentias per ſe & per accidens. Primum, differentiæ inſeparabiles, quæ per ſe

inſunt in ſubſtantiali ratione deſumuntur, & aliud faciunt. Inſeparabiles autē quæ per accidens ſunt, neq; in ſubſtantiali ratione ſumuntur, neque conſtituunt aliud, ſed ſolum alteratum. Secundum, quæ per ſe ſunt, neq; intentione excreſcunt, neq; remiſſione decreſcunt: nam quemadmodum genus ut animal, neq; crementum ſuſcipit, neq; decrementum: ita neq; generis differentiæ, ſecundum quas diuiditur. Sed differētiæ inſeparabiles quæ per accidēs inſunt, intenſionem & remiſſionem ſuſcipere poſſunt: ut ſimum eſſe, & aquilinum eſſe: nam fieri poteſt, ut quis alio ſit magis ſimus, aut magis uel minus aquilinus. ¶ *Quinta diuiſio. Differentiarū per ſe aliæ ſunt diuiſiuæ generis, & aliæ ſpeciei conſtitutiuæ, ut corporeum & incorporeum differentiæ ſubſtantiā partiuntur. Subſtantiarum enim, quædam eſt corporea, & quædam incorporea. Corporis naturam dirimunt animatū & inanimatū. Animatum diſſecant ſenſibile & inſenſibile. Animal uero partiuntur rationale & irrationale, mortale & immortale. Sed animatū & ſenſibile uerius ſenſitiuū differentiæ informāt & conſtituunt animal. Eſt enim animal ſubſtātia animata ſenſibilis. rationale & mortale hominis ſubſtātiā cōſtituūt, cū nihil cēſeamus eſſe hominē, q̄ animal rationale mortale. rationale uero & immortale ex Porp. & Platonicorū cēſura dei ſubſtantiā informant. De hac re chriſtianis inaudita, lege Platonem 4. de legibus, & Auguſtinū lib. 8. de ciuitate dei, ca. 14. Sed irrationale & mortale brutum perficiunt & complent.*

❡Nec putes inconueniens eſſe & incommodum cādem differentiam eſſe diuiſiuam & conſtitutiuam ex uaria habitudine,ut animatum ad corpus cōparatum,ipſum dirimit, ad animal tamen tanquā ad ſuum minus cōmune cōparatum,ipſum conſtituit. Similiter rationale & mortale animal partiūtur, & hominis ſpeciem integrant & conſtituunt.Hæc plenius in formulam redigi poſſunt , ſumendo ſubſtantiam uelut principium à qua pullulant genera, differentiæ, & ſpecies, & indiuidua.

	Subſtantia	
Corporea		Incorporea
	Corpus	
Animatum		Inanimatum
	Corpus animatū	
Senſibile		Inſenſibile
	Animal	
Rationale		Irrationale
	Animal rationale	
Mortale		Immortale
	Homo	
Plato	Ariſtoteles	Socrates

❡Omnis differentia in hac formula poſita diſſecat cū differētia ſibi poſita aliquod genus ad quod cōparatur tanquā ad ſuū ſuperius, & aliquā cum genere coarctato ſpeciē informat & cōſtituit.Hinc dicit Porphyrius,quoniā ergo eædē aliquo modo quidē acceptæ ſunt conſtitutiuæ, aliquo modo autem diuiſiuæ:ſpecificæ omnes uocantur. ❡Adnotabis diligenter genus generaliſſimū, nō habere differētiam

conſtitutiuam. Nam *omnis differentia conſtitutiua, cum genere, ipſa ſuperiore definit ſpeciem, ſed genus generaliſſimum ut ſubſtantia, nullũ habet genus ſupra ſe quod cũ huiuſmodi differentia, ipſum conſtituat & definiat definitione eſſentiali: igitur genus generaliſſimũ nullã habet differentiã conſtitutiuã. Sed à diuiſiua, ut oſtendit formula, minimè diſiũgitur.* Nam *corporeum & incorporeũ, diuidunt ſubſtantiam.* E *diuerſo ſpecies ſpecialiſſima, nullas habet differẽtias diuiſiuas, cũ nõ poſſit in ſpecies partiri, & ſolum illius differentiæ ſunt diuiſiuæ, quæ in plures ſpecies dirimi poteſt: habet tamen ſpecies ſpecialiſſima differentiam conſtitutiuam, qua cum genere definitur.* Genera *autẽ ſubalterna conſtitutiuam habent differentiam qua definiuntur, & diuiſiuas habẽt differẽtias, quibus diuidũtur.* ¶ *Obijcies, probando genus generaliſſimũ habere differentiam cõſtitutiuã: genus generaliſſimũ ut ſubſtantia, poteſt definiri, igitur poteſt habere differentiam conſtitutiuam. conſequentia eſt nota. antecedens probatur: definitio ſubſtantiæ eſt hæc, res per ſe ſubſiſtens, aut pars rei naturaliter per ſe ſubſiſtentis, igitur componitur aliqua differentia conſtitutiua.* Tum *etiam, ſubſtantia habet genus generaliſſimum ſupra ſe, ſcilicet qualitatem, ut fiat argumentum de notione ſubſtantiæ, igitur aliqua differentia conſtitutiua, illud genus coarctans perficiet ſubſtantiæ definitionem.* ¶ *Dilutio. pro priori parte negandum eſt ſubſtantiam propriè definiri, nec res per ſe ſubſiſtens, eſt definitio ſubſtantiæ: etiã alte-*

ram complectendo particulam, cum nulla ponatur differentia eſſentiam rei denotans. modo in omni definitione, debet poni una differentia magis propria: ſubſtantiam & eſſentiam definiti importans. Tum *etiam cenſetur per ſe ſubſiſtere eſſe proprium illius generis generaliſſimi, ſed non eo inficias, quin genus generaliſſimum poſſit deſcribi.*

¶Alteri *reſpondebis obiectioni, negando notionem ſubſtãtiæ habere genus generaliſſimum ſupra ſe.* Si *probes, ſubſtantia ut notio, eſt qualitas, igitur ponitur in prædicamento qualitatis. conſequentia probatur: qualitas particularis, ponitur ſub generaliſſimo prædicamenti qualitatis.* Hac *ratione coacti fuerunt nonnulli concedere, conceptum ſubſtantiæ habere ſupra ſe genus generaliſſimum. sed nihil uideo unde eorum ſententiæ ſit arridendum, quin potius reluctandum.* Nã *nihil cenſetur à peritis poni in prædicamento qualitatis, niſi ex ſua ratione qualitatẽ nobis deſignet: cũ igitur notio ſubſtãtiæ nullam nobis repræſentet qualitatẽ, erit prorſus à prædicamẽto qualitatis reijciẽda.* Et *hoc argumentum non eſt logicũ: hæc notio, ſubſtantia eſt qualitas, igitur eſt in prædicamẽto qualitatis.* Eſt *enim ſolum rei qualitas denominans animã, ſuum ſignificatum cognoſcentem.* Nec *putes lector optime idẽ eſſe qualitatem & dicibile qualitatis. & antequam notio ſubſtantiæ ad prædicamentum qualitatis trãſferretur, oporteret ipſã eſſe dicibile qualitatis, id eſt, quod ex ſua ratione qualitatem ſignificaret: quod non eſt uerum.* ¶Prima *definitio differẽtiæ.*

Differētia eſt qua abundat ſpecies à genere. homo enim ab animali plus habet rationale & mortale: animal enim ipſum neque nihil horum eſt. ¶Vndénam habebunt ſpecies differentias? Neque enim omnes oppoſitas habet: quoniam in eodem ſimul habebit oppoſita: ſed quemadmodum probant, poteſtate quidem habet ſub ſe omnes differētias, actu vero nullas: ac ſic neq; ex ijs quæ nō ſunt, aliquid fit: neque oppoſita in eodem erūt. *¶Eam cenſet Porphy. differentiā dici ſpecificam, qua abundat ſpecies à genere. ut rationale, differentia eſt ſpecifica, qua abundat homo ab animali genere. id eſt, illa differentia ſui conſtitutiua, quam actu complectitur, ſuperat animal genus illam minime differentiam actu continens: ſed ſolum poteſtate. Nam ſi animal rationale actu contineret, æqua ratione, & differentiam ei oppoſitā complecteretur, quod eſt abſonum. aliter eidem oppoſita actu competerent, quod nō eſt uerum. homo autem rationale & mortale differentias ſuæ formæ conſtitutiuas retinet, quarum congregatione perficitur, & quibus peremptis perſiſtere non poteſt. animal ſolum genus eſt, & nihil horum actu habet: cum poſſit eſſe animal abſq; rationalitate, pariter abſq; irrationabilitate. ſpecies igitur merito differentia abūdat à genere. ¶Vt res planius intelligatur, adnotandum eſt quid ſit eſſe potentia, quid uero actu, & quídnam ſit continere actu & potentia. Potentia id eſſe dicitur (ut ſcripſit Ammonius) quod eſt im-*

perfectum nedum'q; in actionē deductam idoneum, tamen ſe habens ut actu fiat. ut puer potentia eſt grāmaticus: quippe qui grammaticus eſſe poterit. ac frigida aqua potentia eſt calida. Actu id eſſe dicitur, quod ſuam adeptum eſt perfectionem, & in functionē deductum. ut cum quis ad unguē percallet dialecticam: eam'q; ſcientiā perfecte conſequutus eſt, actu cenſetur dialecticus, & ſimpliciter quis ab actu denominationem ſortitur. Non enim puto hoc argumentum eſſe logicū, eſt dialecticus potētia: igitur eſt dialecticus. Noſcito unius contrariorū potētiam alterius actui ſeu functioni non aduerſari. Simul enim uerum eſt dicere, aquā eſſe actu frigidā & potētia calidā. Quare contraria eidē ſimul ſubiecto potentia ineſſe, nihil ꝓhibebit: ut calidum & frigidum eidē potētia ineſſe poſſunt. aqua enim tepida neq; eſt calida actu, neq; frigida: potentia tamen eſt calida & frigida, cum ſit idonea calorē & frigiditatē uiciſſim recipere. Etiam genus, ut aīal differentias inter ſe pugnātes potētia cōtinet, quarum adminiculo uarias ſpecies conſtituere poteſt. animal enim cum iſtis differentijs mortale & irrationale, brutū cōſtituit: & hominē cum rationali & mortali. Contraria tamen ſimul eidem actu ineſſe non poſſunt. Nihil enim ſimul eſt calidū & frigidum. ¶ Actu habere eſt, cū aliquo poſito, continuo ſit neceſſe alterum eſſe: ut homo habet actu rationale: non enim eſt homo quin ſit rationalis. Habere potentia, eſt cum uno poſito alterum poni non ſit neceſſe: ut animal habet rationale & irrationale po-

tentia:poſito enim animali nõ eſt neceſſe ipſum eſſe rationale, nec irrationale: licet generi animali ad uarias ſpecies diſperſo utraq; differẽtia poſſit competere. Dicit Boeti9 *genus habere ſuas differẽtias, & nõ habere. nec illa diuerſa ratione cõtradicunt. Non habet quidẽ actu, ſed habet poteſtate. ſi enim ipſum per ſe animal conſideretur, differentias non habet: ſi autem ad ſpecies reducatur, habere poteſt: ſed diſtribute. atq; ut eius ſpeciebus ſeparatim nihil poteſt euenire contrarium: ita ipſum genus ſi per ſe conſideretur differentijs caret. q ſi ad ſpecies referatur: per diſtributas ſpecies in partibus ſuis contraria retinebit.* Hactenus ille. ¶*Contendes hac ratione probando genus ſuperare ſpeciem differentia: Genus duas habet differentias diuiſiuas, ſpecies uero illarum ſolum unam : igitur genus uidetur potius ſuperare ſpeciem differentia quàm ediuerſo.* ¶*Dilutio iam fuit aperta. Bene contenderes ſi fieri poſſet genus continere actu differentias diuiſiuas: cum igitur genus nec unã ſuarum differentiarum actu contineat, nec omnes (cũ ſint oppoſitæ) ſpecies uero unã actu qua definitur cõtinet, lõge ſecus ſentiendũ erit ſpeciẽ ſuperare genus differentia. Et illa ratio à Porphyrio eſt ſoluta, dicente genus nullã actu cõtinere differentiã. Et ſic ex nõ entibus neq; quicquã fiet, neq; oppoſita in eodẽ erunt.* ¶*Secunda definitio.* Differẽtia eſt quæ de pluribus & differẽtibus ſpecie in eo quod quale quid eſt prædicatur. rationale enim & mortale de homine prædicatur in eo quod quale quid eſt.

¶Nullam hic deſcribit Porphyrius differentiã præter magis propriã, ſeu ſpecificã, eam enim intelligẽdam eſſe cenſet, quæ eſſentialiter de pluribus & differentibus ſpecie prædicatur in eo quod quale q̃d eſt. Nonnulli dicunt Porphyriũ definiuiſſe differentiam magis propriam tam ſpeciei ſpecialiſſimæ q̃ ſubalternæ. Nam differentia ſpeciei ſpecialiſſimæ prædicatur eſſentialiter de plurib⁹ differentibus in eo quod quale quid eſt: ſicut differentia magis propria ſpeciei ſubalternæ. Vocant differentiam ſpeciei ſubalternæ differentiam quæ cum ſpecie ſubalterna conuertitur: ut ſenſibile quod prædicatur de homine & bruto eſſentialiter in eo quod quale quid eſt, & conuertitur cum animali. Sed differentia ſpeciei ſpecialiſſimæ illa eſt, quæ conuertitur cum ſpecie ſpecialiſſima: ut rationale quod ſolum de differentibus numero eſſentialiter prædicatur, & conuertitur cum homine. quanuis id uerum ſit, & à Chriſtiana religione approbetur, non tamen Porphyrio accedit. Eius enim textus fidem facit, in quo nõ ponit differentiã quæ cõuertatur cũ ſpecie ſpecialiſſima. Nã rationale nõ conuertitur homini, cum deo & homini cõueniat. Et ſolũ definit in hac ſecunda deſcriptione differentiã quæ prædicatur eſſentialiter de pluribus & ſpecie differentibus in eo quod quale quid eſt: ut rationale ſecundum ſuã ſententiam (quanuis reprobatã) prædicatur de deo & homine, in eo quod quale quid eſt. Si enim quæratur, qualis eſt Socrates? apte reſpondebitur rationalis. Et quanuis acidens, ut album, prædicetur

de differentibus ſpecie,in eo quod quale:non tamen ea forma qua & ipſa differentia ſpecifica.Nā prædicatur in quale accidētaliter:& nullā ſubſtantiā ſua ratione deſignat:differentia uero ſpecifica prædicatur eſſentialiter in quale,& ſubſtātiā demonſtrat.Non diſcedit à Porphyrio Ariſtoteles, dicens Topicorū 4.Nullā differentiā ſignificare quid eſt: ſed magis quale quid.Et Porphyrius illius definitionis cauſam rationémque plenius pertractans ait:
Rebus enim ex materia & forma cōſtātib⁹, vel ad ſimilitudinē proportionémq; materię & formę,cōſtitutionē habētib⁹,quēadmodū ſtatua ex materia quidē eſt ære, ex forma autem figura:ſic & homo cōmunis, & ſpecialis ex materia quidē ſimiliter proportionaliterque cōſiſtit ex genere,ex forma autē differētia. totū autē hoc animal rationale mortale homo eſt:quēadmodū illic ſtatua.*Cum analogiæ ad docendum plurimū conferāt,ſintq; ad ueritatem perueſtigandā utiliſſimæ, rerū Phyſicarum analogia, ſeu proportione oſtendit ſpeciei definitionem componi genere tanquam materia, & differentia tanquam forma.quòd ſi forma ſit qualis, & differentia ſit ut forma:iure differentiam cenſet dici qualitatem ſubſtantialem,interrogationi per quale quid cōpoſitè reſpondentem. Omnes primū dicit res uel ex materia formáq; conſiſtere, uel ad ſimilitudinem materiæ atq; formæ ſubſtantiam ſortiri. Quæcunq; autē ſunt corporalia materia & forma cōſolidantur. niſi enim ſubiectum quoddā cor-*

poreum fuerit q̄d ſuſcipiat formā, nihil omnino efſici poterit. Et quēadmodum in rebus phyſicis materiam forma ſubſtantialis informat, & finit compoſitum: ita differentia ſpecifica informat & finit tum genus, tum ſpeciem: differenter tamen. nā differentia informat genus ut pars eſt, ſubſterniculum & materia quod ad quamlibet ſpeciem erat indifferens, anteq̄ à differentia coarctaretur, ſicut materia ante occurſum formæ naturalis erat omnium formarum ſubſtantialium potentiale ſubſterniculū & receptaculum. Informat autem differentia ſpeciem, ut totum & compoſitum, quemadmodum forma naturalis totū compoſitū phyſicum perficit & finit. Et q̄d in rebus phyſicis eſt materia, in prædicatione logica eſt genus. & quod illic ſubſtantialis forma, hic ſpecifica differentia. & quemadmodū ex ſola materia non fit cōpoſitum phyſicum: ita nec ex ſolo genere ſpeciei diffinitio. Fiet igitur ex genere & differētia ſpecies ſeu ſpeciei definitio, ſicut ex materia & forma ſubſtantiali compoſitū phyſicum. Et ſicut ex ijs quæ ad materiæ & formæ naturalis rationem, ſimilitudiniſq; proportionē cōſtituūtur, ut ænea ſtatua ex ære, ut materia: & ex figura, ut ex forma accidentaria: ita homo communis qui ſpecies eſt, ex genere cōſtituitur, ut ex proportionali materiæ: & ex differentia, ut ex forma. & quod eſt in ſtatua æs, in ſpecie eſt genus: quod uero in ſtatua eſt figura conformans, in ſpecie eſt differētia. & quēadmodum æs & ſtatuæ figura, ænea eſt ſtatua: ita animal rationale mortale eſt homo. Quòd ſi mate-

ria quidē ſpeciei genus eſt, forma autē differentia, omnis uero forma qualis eſt, iure omnis differentia (ut ait Boëti9 *) qualitas appellatur. quæ cū ita ſint: iure in eo qđ quale ſit interrogantibus reſpōdetur.*

¶*Tertia definitio:* Differentia quod natum eſt diuidere ea quæ ſub eodē genere ſunt: rationale enim & irrationale, hominē & equū, quę ſub eodē genere ſunt (quod eſt aĩal) diuidūt. *Lucidā eſt, & præ oculis habetur hæc definitio, qua docet* Porphy. *enuntiata genere nō diſcrepātia, differentijs dirimi & diſiungi, ut homo & equus animali genere nō diſtāt: ſed ijs differētijs rationale & irrationale à ſeinuicē diſiunguntur.* Cū *igitur aliqua genere nō diſterminentur, quibuſdā differētijs ab inuicem ſeparabūtur.* Hac *perpendemus ratione, inſignē differētiæ perfectionē, ꝙ genere nō diſtermi nata differētijs ſeiungātur, quæ ad uarias ſeorſum euocatæ ſpecies, diuerſas conſtituunt definitiones.* Agricola *lib.* I.*cap. quinto non abſurde dicit differētiam eſſe propriā rei notā, hoc eſt, indiciū quo ſecūdum ſeipſum quod talis eſt, ab alijs diſtinguitur rebus.* Nec *ſemper occurrunt propriiſſimæ & impoſitæ differētiæ. quare quaſdā quibus diſterminentur ſpecies effingere neceſſe eſt.* Hinc *dicit* Agricola *nobis uel maxime omnibus è rebus uerarū differentiarū penuriam ineſſe.*

¶*Quarta definitio.* Differētia eſt qua differūt à ſe ſingula: vt cū homo & brutū genere nō diſtēt, differentijs ab inuicē abducētur. Sumus enim nos & bruta, aĩalia: ſed rōnale nobis adiectū, ſeparat nos ab illis.

Hæc definitio(ut inquit Boëtius*)eſt communis & uaga,quaſlibet differentias tam ſubſtãtiales q̃ accidẽtales includens.*Nam *quẽadmodũ rationali differẽtia differt homo ab equo, ita differẽtia propria ut cæſitate differt unus homo ab altero.* Etiã *ſeſſione differentia communi differt* Socrates *à* Platone *ambulante.* ¶Q*uinta definitio .* Differentia eſt quod ad eſſe cõducit, & quod quid erat eſſe, & eius rei pars eſt. Q*uoniã paulo ante dixerat* Porphy.*quoſdã deſcripſiſſe differẽtiam, qua differunt à ſe ſingula, ait alios diligentius differẽtiam perſcrutãtes,nõ fuiſſe arbitratos recte eſſe ſuperius propoſitam definitionem.* Non *enim omne quod diuidit quæ ſub genere poſita ſunt,eſt differentia.*Na*tum enim nauigare diuidit animal.* Nam *dicimus animalium hæc quidẽ apta eſſe ad nauigandum, illa uero minime, & tamen non eſt hominis differentia ſpecifica, ſed proprium,cum minime ſubſtantiam perficiat & conformet,ſed aptitudo quædam ſolum.*Q*uæ autem cenſentur differentiæ ſpecificæ: conferunt ad eſſe rei,id eſt, ad diffinitionem ſpeciei quam informant & perficiunt, ipſiúſque partes ſe præſtant.* ¶E*ſſe rei (ut interpretatur* Boëtius*) nihil aliud eſt niſi definitio. unicuiq; enim rei interrogatæ quid eſt,ſi quis quod eſt eſſe monſtrare uoluerit, definitionem dicit: ergo ſi quid definitionis pars fuerit, eius erit pars quod uniuſcuiuſque rei quid ſit,eſſe deſignet :* Hæc *ille.* ¶Digladiaberis *in definitionem differentiæ magis propriæ: Si aliqua daretur differentia magis propria, eſſet rationa-*

le:ſed illud eſt falſum,igitur.minor ꝓbatur:differẽtia magis propria informat ſpeciẽ,& eã ſubſtãtialiter perficit:ſed rationale non informat ſpeciẽ, nec eam ſubſtantialiter perficit,igitur nõ eſt differẽtia magis ꝓpria.minor ꝓbatur. Non eſt qualitatis ꝑficere ſubſtantialiter,nec informare ſpeciẽ:ſed rationale eſt qualitas:igitur.maior ꝓbatur:eſt ſoliꝰ qualitatis perficere accidentaliter,igitur.& minor ꝓbatur:dicit Philoſophus quinto Metaphy.ſubſtantiæ & generis differentiam eſſe qualitatem. & loquitur tam de una differentia magis propria q̃ alia. ¶Paucis dilues argumentum, diſtinguẽdo non eſſe qualitatis perficere ſubſtantialiter: uel qualitatis accidentalis,quæ ſolum accidẽtaliter perficit,ut albedo,ſcientia,concedes: uel qualitatis ſubſtãtialis, negabis.Boëtius & alij nõ ignobilis literaturæ dicunt differentiam magis propriam eſſe qualitatem ſubſtantialem. Vocamus qualitatem ſubſtantialem illam,quæ nobis ex ſua ratione formali perfectionem alicuius ſubſtantialem ſeu ſubſtantiam deſignat: ut rationale.denotat enim animam rationalem,ſubſtantialem hominis perfectionẽ. Nec qualitas ſubſtantialis à prædicamento qualitatis repelletur. Nec iniuria ſortitur qualitatis ſubſtantialis appellationem:quia ab ea quidpiam ſubſtantialiter quale denominatur. ¶Obijcies probando differentiam magis propriam non eſſe qualitatem ſubſtantialem , nec perfectionem ſubſtantialem deſignare. ſenſibile ſeu ſenſitiuum , eſt differentia magis propria,& tamen non denotat perfectionem ſubſtan-

tialem,igitur.minor probatur: ſenſitiuum denotat potentiam ſeu aptitudinem ſentiendi cum ſit proprium animalis, igitur non deſignat perfectionem ſubſtantialem.¶Vulgata eſt quorundam ſolutio.Si ſenſitiuum denotet potentiā ſeu aptitudinē ſentiendi,eſt proprium animalis, & non eſt differētia magis propria:ſed denotans animā ſenſitiuam compoſiti naturalis partē ſubſtātialē,eſt differētia magis propria.Nec putes incommodum ſi polyſemon uocabulum ad differentiā magis propriā & proprium deflectatur. Reſpondebis melius negando ſenſitiuum eſſe differentiam magis propriam: imò eſt proprium quarto animalis, nec denotat animam ſenſitiuam, ſed potentiam ſeu aptitudinem ſentiendi. Senſibile autē eſt differentia magis propria, cōnotans animā ſenſitiuā.Nec putes incōmodū duorū conuertibilium unū eſſe differentiā & aliud proprium.¶Amplius obijcies,inanimatum & inſenſibile ſunt differentiæ magis propriæ,& tamen non denotant perfectionem alicuius ſubſtantialem: igitur nō eſt differentiæ magis propriæ denotare perfectionem ſubſtantialem. Minor probatur. Inanimatum denotat priuationem animæ, & inſenſibile priuationē animæ ſenſitiuæ,igitur nō deſignāt perfectionē ſubſtantialē. ¶Diluūt aliqui obiectionem, inanimati & inſenſibilis rationes explicando: Inanimatum & inſenſibile differentiæ animato & ſenſibili oppoſitæ poſſunt ſumi priuatiuè, & poſitiuè. Priuatiuè inanimatum denotat priuationem animæ, quæ accidenti competit, & hoc modo non

eſt diuiſiua ſubſtantiæ differentia, cum membrum diuidens cuipiam competere poſſet cui diuiſum non conueniret. ſimiliter inſenſibile ſumptum priuatiue deſignat priuationem animæ ſenſitiuæ lapidi minime diſconuenientem. Et hac dum perfruitur ſignificatione, non eſt diuiſiua animalis differentia. Inanimatum poſitiue denotat formam ſubſtantialem, quæ non eſt anima: & pro aliquo ſupponit, ut pro lapide deſignando ipſum habere formam ſubſtantialem quæ non eſt anima. ſimiliter inſenſibile poſitiue ſumptum deſignat animam quæ non eſt ſenſitiua. tunc eſt differentia magis propria. ſupponit enim pro planta, ipſam denotando habere animã à ſenſitiua diſcretam. ¶Paucis perſtringendo dices, quòd differentiæ magis propriæ non ſumuntur priuatiue neque debent ſumi: incorporeum connotat formam rerum corporearum, inanimatum formam inanimem, inſenſibile animam non ſenſitiuam, irrationale animam ſenſitiuam irrationalem. si huiuſmodi differentiæ priuationem importarent, non eſſent magis propriæ, cum differentia ex Porphyrio debeat ſumi à forma: quare dicendum eſt illas differentias hoc in loco non poſſe ſumi priuatiuè. ¶In ſecundam differentiæ diffinitionem, obijcies, nulla differentia prædicatur in eo quod quale quid eſt, igitur illa definitio eſt inutilis. antecedens probatur: ſi aliqua, potiſſimum rationale: ſed illud eſt falſum, igitur: minor probatur: prædicatur in eo quod quid eſt, igitur nõ prædicatur in eo quod quale quid eſt. antecedens

probatur, Ariſtoteles differentias in ſubſtantia putat oportere prædicari: quod autem in ſubſtantia prædicatur, hanc rem de qua prædicatur, non quale ſit, ſed quid ſit oſtendit, igitur differentia prædicatur in eo quod quid eſt. ¶ Dilutio. Quãuis differentia in ſubſtantia uideatur prædicari, eam tamẽ non poteſt ſine qualitate proferre. Hinc Boëtius in huius rationis ſolutione dicit, Differentia ita ſubſtantiam demonſtrare ſolet, ut circa ſubſtãtiam qualitatem determinet, id eſt, ſubſtantiam qualem proferat: quare non poteſt illam rem de qua prædicatur oſtendere, quin qualitatem deſignet: quia ſubſtãtiam deſignat & ſpeciem informat, uidetur ſubſtantiam ſignificare, atque in eo quod quid eſt prædicari, nihilominus prædicatur in eo quod quale quid eſt. Nam quærenti, qualis ſit homo, aptè reſpondebitur, rationalis. quæ quidem reſponſio nobis ſignificat hominis perfectionem, & ſubſtantialem qualitatem. ¶ Obijcies, probando rationale nõ prædicari in quale. Si eſſet differentia quæ p̃dicaretur in quale quid eſt, aut eſſet diuiſiua aut cõſtitutiua: ſed illud eſt falſum, igitur. minor probatur: & quæro utrum horũ, ſi dicas rationale eſſe differentiã generis diuiſiuã, & ſpeciei cõſtitutiuã, ꝓbo illud nõ debere dici. Diuidere & conſtituere inter ſe pugnant. Tum etiã ſi diuiſiua, diuidet genus: ſi conſtitutiua, non diuidet genus: & hæc mutuo ſibi repugnant, igitur non eſt differentia diuiſiua & conſtitutiua. ¶ Ex dictis facile eſt dilutionem aperire. Diuidere & conſtituere diuerſis rationibus non pugnãt in-

ter ſe,quin potius eidem cõpetunt.Verum eſt rationale non cõſtituere genus, cuius eſt differentia diuiſiua,diuidendo tamen ipſum genus, ad ſpeciem deflecti poteſt,& ipſam conſtituere:quare unius erit differentia diuiſiua & alterius conſtitutiua.

¶De proprio,Scholia.

Poſtquam Porphyrius de ijs quæ ſubſtantiam informant accõmode diſſeruit,nõ iniuria de ijs quæ accidunt, & primum de proprijs loquitur.Priuſquam tamen quódnam ſit proprium uſitatius, & prædicabilibus magis conueniens edoceat, uarias ꝓprij ſignificationes diuulgat, quæ ex accidentium genere deſcendunt.Quicquid enim de aliquo prædicatur,aut ſubſtãtiam(ut dicit Boëtius)informat,aut ſecundum accidẽs ineſt:nihil uero eſt quod rei ſubſtantiam monſtret, niſi genus, ſpecies,& differentia. genus quidem & differentia,ſpeciei ſubſtantiam monſtrant: ſpecies uero indiuiduorũ. quicquid ergo reliquum eſt,in accidentium numero ponitur.¶Quadrifidum eſt ꝓpriũ. Primo proprium id cænſetur, quod ſoli alicui ſpeciei accidit,etſi non omni:ut eſſe grammaticum, rhetorem, muſicum,eſſe medicum ex arte. Id ſoli ſpeciei accidit,quod de ſpecie cum iſta excluſionis nota, ſolum, aut ſimili particula accidentarie prædicatur,ut eſſe grammaticum.Nam cænſetur hæc enuntiatio uera,ſolus homo eſt grammaticus:iſta uero falſa, omnis homo eſt grammaticus. Ne ciſtud argumentum eſt logicum, eſſe grammaticum, competit indiui-

duo ut Priſciano, ergo non accidit ſoli ſpeciei. ſolum enim comprobamus eſſe grammaticum competere ſoli ſpeciei, quādo de ſpecie adiecta hac particula ſolum, aut ſimili, prædicatur. Et ne in errorem decidas opinaturus, proprium primo ab accidente diſterminari: adnotandum eſt Porphyrium non diſiunxiſſe proprium primo ab accidente, & quod quinti prædicabilis rationem complecti non poſſet. ſi ſolus homo ex quadam hypotheſi ſit albus, & non omnis, album cenſetur hominis proprium primo, & tamen hæc prædicatio, homo eſt albus: pariter iſta, ſolus homo eſt albus, eſt accidentis prædicatio. Et hanc exterminabis conſequentiā: album hominis eſt proprium primo, igitur conſtituit homini prædicationem quarti prædicabilis. Non enim omnis proprij acceptio, conſtituit prædicationem quarti prædicabilis, ſed ſolum proprium quarto. ¶Secundo, quod omni accidit etſi non ſoli, quemadmodum homini eſſe bipedem. Id omni cognoſcimus accidere, quando de aliquo uniuerſali adiecto hoc ſigno uniuerſali, omnis, aut ſimili uerificatur: ut bipes de homine uniuerſaliter ſumpto uerificatur. Nam hæc affirmatio eſt uera, omnis homo eſt bipes. & de eo loquendum eſt qui ſuapte natura eſt bipes: nam ex caſu & quodam infortunio accidit hominem eſſe unipedem, natura tamen ipſum duobus pedibus muniuerat. Opinabeříſne differentiam ab hoc excludi proprio, nec illius commercio poſſe perfrui? Nihil ſanè uideo quo debeas illa opinione diſcruciari. Philoſophus in Me-

taphy.dicit bipes hominis eſſe differentiam, cum ip ſum à quadrupede diſiungat. Et *alia ratione hac proprij ſignificatione gaudebit, ut omni cõpetit homini & non ſoli, cum etiã auà accidat: ſecus eſſet ſi differentia magis ꝓpria diceretur.* Et *hoc argumentum non recipietur, bipes non accidit omni enti, igitur non accidit omni.* Nã *ſpectamus hoc in loco ꝓprium omni accidere, quando de aliqua ſpecie adiecto hoc ſigno uniuerſali omnis, aut ſimili uerificatur.* Boëtius *explicans proprium ſecundo, ait:* Quo *niam nihil eſt ex ſubiectis ſpeciei quod illo ꝓprio nõ utatur, dicimus omni: quoniam uero tranſcendit ad alias, dicimus non ſoli.* Et *hoc ꝓpriũ eſt primo contrariũ.* Nam *iſtud omni & non ſoli accidit, illud uero non omni ſed ſoli.* Et *nihil in illis conſpicies quo poſſint ſubiecto coæquari, nec eſſe medicum homini coæquatur, cum ſit aliquis homo, qui non eſt medicus.* Nec *pariter eſſe bipedem homini coæquatur, cum aues ſint bipedes.* ¶Proprium *tertio, quod ſoli & omni & aliquando: ut omni homini in ſenectute caneſcære.* Nec Porphyrius *innuere cupit, caneſcære omni competere homini, ut imperiti & ridiculi interpretes aſſerunt, ſed adiungẽs determinationem uult oſtendere, omnẽ hominem ad ſenectã progreſſum caneſcære, omnis homo ſenex caneſcit, ut cuique eſt perſpicuum, niſi monſtrifero prodigio, aut iniqua & peruerſa indiſpoſitione oppoſitum accidat: & ſolus homo ſenex caneſcit, & aliquando.* Nam *canities ſolum tempore ſenij ſuboritur, & in apertum prodit, aut ut plurimum ita euenit.*

Ariſtoteles 3.*lib.hiſtoriæ animalium ca.* 11. *dicit: Canitiem non ariditate committi,ut quidã uolunt, nihil enim ilico aridum gigni ſolet.*Cutis *autem uitio,quod uitiliginem appellamus,pilos omnes produci canos apertũ eſt.*Iam *nõnullis pili dum ægrotarent,incanuerunt, quibus in bonam ualetudinẽ reſtitutis nigri renati ſunt,canis defluxis.* Caneſcere *pilos ocyus opertos, quàm detectos, difflatóſque aduertimus.*Tempora *hominum & partes primores q̃ poſteriores celerius canitiem ſentiunt, pubes nouiſſime caneſcit.* Et *quemadmodum in ſenectute caneſcere eſt proprium tertio,ita in iuuentute pubeſcere: nam omnis iuuenis pubeſcit, & ſolus, & aliquando.* Dicunt *nõnulli proprium tertio ex hypotheſi & ſuppoſitione cognoſci, ut ſi ex hypotheſi omnis homo uigilet, & ſolus homo,& non ſemper, uigilare eſt hominis proprium tertio: pariter ſedere, ſi omnis homo ſedeat, & ſolus, & non ſemper. & quia dimota hypotheſi uigilare aut ſedere non eſſet hominis proprium tertio, ideo huiuſmodi p̃prium à diſciplinis eſt reiectum.* In *ijs tribus proprij formulis aliquid eſt, quo unumquodque eorũ à propria & integra proprij ſignificatione diſcretum euadit.*Non *omni, proprium primo à uero diſiungit proprio & ſimplici:non ſoli,proprium ſecũdo:aliquando,proprium tertio ab uſitatiſſima proprij ſignificatione diſgregat.* ¶Erit *igitur proprium quarto & huic prædicabili accõmodatiſſimum, qđ ſoli,omni & ſemper accidit,quẽadmodũ homini eſſe riſibile:nam omni accidit homini,& ſoli & ſem-*

per. ſunt enim iſtæ propoſitiones ueræ, omnis homo eſt riſibilis, ſolus homo eſt riſibilis, ſemper homo eſt riſibilis. Et *quanuis non rideat, non tamen deſinit eſſe riſibilis: nam ſemper aptus natus eſt ridere, cum ſit illi connaturale, ut equo hinnibile.* Nec *nobis riſibile functionem ridendi deſignat, ſed naturalem quandam potentiam aut aptitudinem, qua de rebus feliciter geſtis aut proſperis euentis, animal ipſum corpus ad riſum prouocat & extimulat, aut occultum in ſe riſum ac gaudium progignit.* ¶Hoc *autem proprium præcipuè & maximè proprium dicatur, oportet.* Nam *cum ſua ſpecie conuertitur. nec mirum: ipſum enim omni, ſoli & ſemper competit.* Illa *autem extranea propria cum omni, ſoli & ſemper non accidant, minimè de ſubiecto conuerſim dicentur.* ¶Ea *conuerſim prædicantur, quando ſeſe mutuo inferũt, & uno interempto, aliud interire neceſſe eſt, ut homo & riſibile.* Nam *ſi quid eſt homo, ipſum eſt riſibile, & ediuerſo.* Et *ſi nihil eſt homo, nihil eſt riſibile.* Dicimus *etiam ea conuerſim prædicari, quando de ſe mutuo uniuerſaliter uerificãtur: ut homo & riſibile.* Nam *omnis homo eſt riſibilis, & omne riſibile eſt homo, quanuis una prædicatio altera ſit aptior.* ¶Digladiaberis *in proprium quarto, ex definitione proprij quarto modo ſumpti, ſequeretur rationale eſſe proprium quarto, quod eſt falſum, cum ſit differẽtia magis propria, quæ ſecundum* Porphyrianam *eruditionem à proprio diſcrepat.* Nam *proprium unius tantum ſpeciei proprium dicitur, non autem*

differẽtia.ſequela probatur: rationale omni homini & ſoli & ſemp congruit, igitur eſt proprium quarto. Cõſequentia eſt bona. Tum etiam, ſimplicia quæ conuertuntur propria diiudicãtur: ſed rationale eſt ſimplex & homini cõuertitur, igitur eſt homini ꝓprium. Rurſus, id cẽſetur alicui proprium, ſine quo aliud perſiſtere nequit, & quo ſublato, alterũ auferri oportebit, ſed rationale eſt illius uirtutis, ſine quo homo perſiſtere nequit, & quo ſublato homi nem dirimi oportet, igitur eſt homini proprium.

¶ *Dilues argumentum, propius quàm cæteri accedendo Ariſtoteli & Porphyrio, negando rationale eſſe propriũ quarto. Cũ dicis, congruit omni, ſoli & ſemper, igitur eſt propriũ quarto, quanuis cõſequẽtia poſſit negari, ſequendo tamen Porphyriũ negandũ eſt antecedens. Nam conuenire omni & uerius accidere ex Porphyrio, eſt de aliquo, adiecta hac particula omnis, accidentarie prædicari: quod differentiæ magis propriæ minime accidit. Nam differentia magis ꝓpria prædicatur eſſentialiter. Et paſſim Porphyrius diſterminat propriũ à differentia magis propria. Et ſi ad Philoſophũ confugias de accommodatiſſimo ꝓprio differentẽ, nihil in eo inueni re poteris quod quartæ ꝓprij ſignificationi aduerſetur. Dicit enim primo Topicorum: Proprium eſt, quod non indicat quid eſt eſſe rei, ſoli autẽ ineſt & conuerſim prædicatur de re, ut ꝓprium eſt hominis grãmatices eſſe ſuſceptiuũ: hæc autem definitio differentiæ magis ꝓpriæ non competit: nam differentia magis propria ut rationale quodammodo indi-*

cat quid eſt eſſe rei, id eſt, prædicatur eſſentialiter. Etiam dices, ut exemplum indicat, Ariſtotelem illic agere de proprio complexo, quod deſcriptionem appellant. Ex illa Philoſophi definitione nõnulli ſuccinctiorem hanc deprompſerunt definitionem: Propriũ eſt prædicabile accidentaliter & conuertibiliter de ſuo ſubiecto. Et ſi accidentaliter, diſgregat differentiam magis propriam à proprio: conuertibiliter, diſterminat à proprio accidens. Quòd ſi rationale hominis ex Porphyrio differentia, eſſet proprium: hæc prædicatio homo eſt rationalis, eſſet prædicatio tertij & quarti prædicabilis. ¶ Dicit Rodolphus Agricola libro primo de inuentione Dialecticæ, & in ea perſiſtit opinione, Philoſophum eodẽ proprij nomine complexum differentiam, licet non putet idem eſſe differentiam & proprium, ſed uarias ſortiri rationes, quod differentiæ & proprij appellationem ſubit. Nam differẽtia dicatur commodius, quoties generi quod diuidit comparatur. Rationali enim & irrationali, animal ab animali differt. Suæ autem ſpeciei cui definiendæ adhibetur, rectius proprium q̃ differentia. hæc ille. cui & eius interpres arridet, hac accenſus ratione: Quicquid authore Ariſtotele cõuerſim de re prædicatur, id aut definitio eſt, aut proprium: differentia conuerſim prædicatur de ſua ſpecie, & definitio eius non eſt, erit itaq; proprium. Et Fabius Quintilianus libro quinto eam modo differentiam appellat, quæ cum re non conuertitur: quæ autẽ cõuertuntur, ea propria uocat. Illa autẽ ratio, quam uiſus eſt ex Philoſopho de-

prompſiſſe, ſolum nobis ſuaderet differentiam eſſe proprium, ſi extraneam à propoſito proprij ſignificationem perueſtigemus, & pro eo ſolum dici, quod uni ſpeciei & non alteri accommodatur. Sed quoniam ſecundum materiam ſubiectam conſulto diſſerēdum eſt, nullum mihi nec lectori maximè proprium ſuadere poſſum, præter illud quod ab Ariſtotele & Porphyrio definitum eſt. ¶In eandem cer tabis hoc argumento definitionem: Aliquid eſt prædicabile omni ſoli & ſemper accidens, quod non eſt propriū quarto, igitur. antecedens probatur: æquale uel inæquale conuenit omni quantitati, ſoli & ſemper, & tamen non eſt proprium illius, ſimiliter unum omni enti, ſoli, & ſemper accidit, & tamen non eſt proprium entis, igitur. minor probatur: proprium ex Porphyrio de una tantum ſpecie prædicatur, ſed quantitas non eſt ſpecies æqualis uel inæqualis, ſed genus generaliſſimum: pariter ens nō eſt unius ſpecies cum ſit tranſcendens, igitur æquale uel inæquale non eſt proprium quantitatis, nec unum dicetur entis proprium. ¶Dilues argumentum, concedendo æquale uel inæquale eſſe propriū quantitatis, & unum entis, quanuis quantitas non dicatur aptè ſpecies æqualis uel inæqualis, loquendo de ſpecie ut diſſertum eſt. Proprijs tamen ſpecierum quæ hic deſcribuntur, ut adnotauit Faber & alij non illiterati, intelliguntur propria ſuo modo & generum & tranſcendentium: inſignia tamen propria, & quæ plurimo uſu ueniunt, ſunt ſpecierum ſpecialiſſimarum. Et hoc intelligendum

reliquit Porphyrius dicens, proprium unicam habere ſpeciem de qua prædicatur. Adnotabis quadruplex proprium ſecundum quartam proprij ſignificationem, Specialiſſimum, Subalternum, Generaliſſimum, Tranſcẽdens. Specialiſſimum illud eſt, quod cum ſpecie ſpecialiſſima conuertitur, ut ſuſceptiuũ diſciplinæ, reſpectu hominis, & de iſto præcipua eſt apud Porphyrium conſideratio. Subalternum, quod cum genere ſubalterno conuertitur, ut ſentire reſpectu aĩalis, deſignans potentiã naturalem ſentiendi ſeu aptitudinem ad exercendas ſenſuũ operationes. Generaliſſimum, quod cum genere generaliſſimo cõuertitur, ut æquale uel inæquale reſpectu quantitatis. Tranſcendens, quod cum tranſcendente conuertitur, ut unum reſpectu entis. Nec propterea oportet hanc prædicationem eſſe quarti prædicabilis, ens eſt unum: cum ſubijcibile proprij ſit ſpecies: modo ens non eſt ſpecies, nec de iſto proprio differit Porphyrius, cum ſolum det exemplum de proprio ſpeciei maximé. Non deſideres à nobis hac in re proprij locos, qui ab Ariſtotele ample tractantur 5. Topicorũ. habet ſanè opus illud ſuũ methodum exquiſitam cui & Scholia & Paraphraſim aliquando adijciemus. ¶Mouebis ſcrupum, an riſibile conueniat homini naſcituro, ut Antichriſto, nec iniuria. Nam in bilis terminata, uim ampliandi deſignãt, & potentiam includunt: ſi igitur homo naſciturus poſſit ridere, nónne cenſebitur riſibilis? Quod ſi concedas, tibi obijciam riſibile non ſoli competere homini. Etiamſi temporis durationem mi-

nimè ſpectaremus, an ſemper homini accideret. ¶Reſpondebis calumnias uitando, riſibile non competere homini naſcituro, & negandum eſt nomina in bilis finita ampliare. Nam in diſciplinis ampliatio locum non habet: licet in Sophiſtarum campo anſata inſolentius ſpatietur. Apud authores uerbalia in bilis non exponuntur per uerbum poteſt: ſed per aptum, natum. ut homo eſt riſibilis, hoc eſt, homo eſt natus ridere. Et nulli aptitudo competit, niſi exiſtentiam habeat. Quare abnegabis hanc conſequentiam, Antichriſtus poteſt ridere, ergo Antichriſtus eſt riſibilis. ¶In alio ſcrutaris quidnam ſemper deſignet in proprij ſignificatione. Reſpondent eruditi talem particulam non ſolum temporalem denotare durationem contra quorundam deliramenta, ſed quamlibet æuiternam & æternam. Non poſſum ſubticere quod de hac re ſcribit Ariſtot. 1. cap. 5. Topicorum, ubi docte exponit particulam illã ſemper, Semper (inquit) proprium illud eſt, quod ſecundum omne tempus uerificatur, & nunq̃ relinquitur, quemadmodũ animalis ex anima & corpore compoſitum eſſe. Et in eodem cap. adnotat quadruplex proprium, per ſe, ſemper, aut ad aliud, aut aliquando. Per ſe quidem, ut hominis animal mãſuetum natura: ad aliud autẽ, ut animæ ad corpus, quoniã illa quidem imperare nata, hoc autẽ parere: ſemp̃ autẽ, ut dei, animal immortale: aliquando uero, ut alicuius hoĩs, ambulare in gymnaſio. Eſt autẽ per ſe propriũ, quod ad omnia aſſignatur, & ab omni ſeparat, quemadmodũ hominis

animal mortale diſciplinæ ſuſceptiuum. Ad aliud *autem, quod non ab omni, ſed ab aliquo ſtatuto determinat, ut uirtutis ad diſciplinam, quoniam illa quidem in pluribus, hæc in rationali ſolo. ſemper proprium, paulo ante declarauimus.* Aliquãdo *proprium, quod ſecundum aliquod tempus uerificatur, & non ex neceſſitate ſemper conſequitur, ut alicuius hominis ambulare in foro. rideas balbutientiſſimos qui hac cornuta conſequentia argumẽtantur:* Eſt *proprium ſemper, ergo aliquando. illi nunquam nouerant mundam & ſynceram loquendi proprietatem.* ¶*Surrepit ſcrupulus de iſta prædicatione, corpus eſt coloratum, ſi dicenda ſit prædicatio proprij: uidetur ſanè, cum coloratum conueniat omni corpori, ſoli & ſemper, ſumendo corpus pro ſubſtãtia corporea: apparet tamen oppoſitum. coloratum enim eſt accidens.* Nam *ex* Philoſopho *color eſt in corpore, ut accidens in ſubiecto, igitur coloratum non eſt proprium.* ¶Fertur *coloratum dici proprium corporis, nec eſt accidens illius, ut capit accidens* Porphyrius, *& ſi dicatur accidens, tunc ſumitur accidens pro eo quod logicæ eſt in ſubiecto.*

¶*De accidente,* Scholia.

E*Vm qui in diſciplinis obſeruari ſolet, ordinem ſequutus eſt* Porphyrius: *qui hucuſque diſſeruit de prædicabilibus rem ipſam confirmantibus & conſtituentibus. ſed in hoc ultimo prædicabili conatur oſtendere, quid rei ſubiectæ*

ſine eius interitu poſſit ineſſe & non ineſſe. Et *ad id ſuadendum hac prima accidentis definitione açcingitur.* ¶Accidẽs, eſt quod adeſt & abeſt prę ter ſubiecti corruptionẽ. *Albo Socrati competẽte, à quo citra ſubſtantiæ corruptionem dimoueri poteſt, aliquid cognoſcimus eſſe accidens.* ¶*Adeſſe, eſt de aliquo accidentariè uerificari, ut cum Socrates eſt patiens, hæc uox patiens illi adeſt, & ab eodem remoueri poteſt citra Socratis corruptionem. Abeſſe, eſt de aliquo ſubiecto accidentariè uerè negari.* Explicat *Boët. admodũ commode talem accidentis definitionem. Quoniã (inquit) omnia quæ de aliquo prædicantur, uel ſubſtantialiter uel accidentaliter dicuntur : cumq́; ea quæ ſubſtantialiter prædicantur, eius de quo dicuntur ſubſtantiam definitione contineant, & ſint eo antiquiora atque maiora, quod ex ſubſtantialibus prædicatis efficitur: cumq́; ea quæ ſubſtantialiter dicuntur pereũt, neceſſe eſt, ut ſimul etiam ea interimantur, quorum naturam ſubſtantiámque formabant. quæ cum ita ſint, neceſſe eſt, ut quæ accidentaliter dicũtur(quoniam ſubſtantiã minime informãt) adeſſe & abeſſe poſſint præter ſubiecti corruptionẽ. Eſt igitur accidens quod adeſt & abeſt pter ſubiecti corruptionem: hæc ille.* ¶*Secunda definitio accidentis.* Accidens, eſt quod contingit eidem ineſſe & non ineſſe, vt album. *Nam poteſt homini ineſſe, hoc eſt de homine accidentaliter uerè & affirmatiuè prædicari : & contingit eidem non ineſſe, hoc eſt*, de *eodem poteſt abſq; eius interitu uerè negari*. Nam

ſi homo ſit albus, hæc eſt uera: hic homo eſt albus, demonſtrato Socrate albo. Et de eodem ſingulari poteſt uerè negari, de quo prius (cum ipſum erat album) affirmabatur.Hanc autem definitionem eſſe bonam ſuadere poſſumus. Quod enim in ſubſtantiæ ratione non ponitur, nec eſt ei inſitum, eſt accidens & ei extrinſecus adueniens,ergo ea quæ contingunt eſſe & non eſſe, merito accidentia dicuntur. Hæc autem definitio ab Ariſtotele deſluxit, qui primo Topicorum duas ponit accidentis definitiones. Accidens (ut inquit) eſt quod nihil horum eſt,neque definitio, neque proprium, neque genus: ineſt autem rei. ¶Et quod contingit ineſſe cuiuis uni & eidem, & non ineſſe: ut ſedere contingit ineſſe alicui eidem & non ineſſe, ſimiliter autem & album:nam & idem nihil prohibet quãdoque album, quandoque non album eſſe. Eſt autem accidentis definitionum ſecunda melior. Nam cum dicitur prima neceſſarium eſt ſi debet quis intelligere,præſcire quid eſt terminus, & genus,& proprium: ſecunda autem perfecta eſt ad cognoſcendum (quid eſt quod dicitur) per ſe: hæc.ille.

¶*Tertia definitio accidentis.* Accidens,eſt quod neque genus eſt,neque differentia,neque ſpecies,neque propriũ.ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens.*Parum commodè conſtituit accidens ex aliorum prædicabilium priuatione & negatione. Nam haud nobis abſimilis datur anſa & ratio,unumquodq; prædicabilium ex aliorum dimotione & abnegatione definire. Nimirum ſi di-*

xerit Boëtius *hanc definitionem eſſe plurimum uagam, cum longè ſit à definitionis integritate ſeiuncta, quòd cuiuſlibet rei formam aliarum rerum negatione demonſtrat.* Diuus Cyrillus *Tomo* 2.*li.* 1. *theſauri, dicit eum non definire qui dicit album nõ eſſe nigrum, quia non explicat quid ſit res, ſed quid non ſit. Ab hac* Cyrilli *ſententia non diſſentit* Damaſcenus *lib.* 1. *ſuæ theologiæ cap.* 4. *dicens eum non definire deum, qui aſſeuerat ingenerabile, incorruptibile, inalterabile, ſine principio, competere deo. nam hæc, non eius quid eſt ſignificant, ſed quid non eſt: atqui oportet eum qui uult alicuius ſubſtantiam aſſignare: quid eſt dicere, non quid non eſt.* Parum *etiam illi definitioni applaudit* Ariſtoteles, *cum iubeat ad ſecundam (quæ rei formam accidentariam demonſtrat) flectendum.* Ea *tamen definitione, relinquitur lectori communis ipſius accidentis cognitio, cui* Porphyrius *quandam ſubiunxit affirmationem, qua cætera ab accidente prædicabilia diſterminantur. Adiecit enim ſemper in ſubiecto ſubſiſtens, quod maximè competit accidenti.* Eſt *autem ſemper in ſubiecto ſubſiſtere, ſemper eſſe natum de ſubiecto accidentariè uerificari, ut album quandiu eſt, ſemper eſt natum de corpore accidentariò uerificari.* ¶Confictaberis *in primam accidentis definitionem,* Nigrum *corui, aut æthiopis eſt accidens, & tamen non poteſt adeſſe & abeſſe ſubiecto præter ſubiecti corruptionem, igitur illa definitio eſt inutilis. minor probatur: eſt accidens inſeparabile, igitur non poteſt abeſſe ſubie-*

cto. probatur cōſequētia. Accidentia ex eo dicuntur inſeparabilia, quod à ſuis ſubiectis diſſolui nequeunt. Si igitur nigrum coruo aut æthiopi ſit accidens inſeparabile, ab eo dimoueri non poterit. ¶ *Hoc argumentum quoſdā nec indoctos impulit ad aſſerendū primam accidentis definitionem ſoli competere accidenti ſeparabili. ſed parum diligenter, quid de hac re ſentiant, & Porphyrius & Boëtius inſpexerūt. Nam accidens à Porphyrio, primo definitum diuiditur (ut inquit) in duo, ſeparabile, & inſeparabile. Et ſi cui competat affirmatio membri diuidentis, eidem & affirmatio diuiſi congruet: ſi igitur accidens inſeparabile nigredini corui & æthiopis cōpetat, & eidem accidens ab eo definitum. Quare dicendum eſſe autumo Porphyrium dediſſe promiſcuè primam accidentis definitionem, ut accidenti ſeparabili & inſeparabili congrueret. Et hoc diluit argumentum Porphyrius, dicens,* Poteſt autem ſubintelligi & coruus albus, & æthiops nitēs colore, prꝑter ſubiecti corruptionem. *Explicatiꝰ idem aperit Boëtius, cuius ſententiæ inter cæteros maximè accedo, dicens hanc definitionem factā eſſe poteſtate non actu, & intelligentia nō ueritate: non quia æthiops & coruus colorem amittunt, ſed ſine iſto colore, ad intelligentiam noſtram poſſunt ſubſiſtere. Et nihil uideo unde in admirationem trahamur. Nam fit ſepiculè ut quæ actu diſiungi non ualeant, mēte & cogitatione ſeparētur. Et quæ à ſubiectis qualitatis animi cogitatu diſiunctæ ſunt, nō ea perimunt, ſed in ſua ſubſtantia permanent: ut ſi*

à coruo nigrum mentis ratione & quadam imaginatione ſepararemus, perdurat tamen auis, nec interijt ſpecies: ergo quod dictum eſt abeſſe, non re, ſed animo intelligendum eſt. Nec erit *nigrũ ipſi coruo accidens inſeparabile, quòd mentis ratione diſiũgi non poſſit, ſed quòd ab ipſo coruo re ſeparari nõ ualeat.* Diuus Cyrillus *in euangelium* Ioannis *perpendens rationem accidentis, dicit omne accidens quod ſubſtantiæ ineſt, intelligi à ſubiecto poſſe abeſſe.* ¶Obijcies: *ſequeretur riſibile eſſe accidens ipſi homini, quod eſt falſum. ſequela probatur: quæ de aliquo ſubiecto accidentaliter dicuntur, adeſſe & abeſſe poſſunt præter ſubiecti corruptionem, ſed riſibile de ſuo ſubiecto uidelicet homine accidentaliter dicitur (cum hæc prædicatio ſit accidentalis, homo eſt riſibilis) igitur homini poterit adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem.* Tum *etiã qua ratione coruus ſine nigredine intelligi poteſt, & ſimili, homo ſine riſibilitate: cum utrũq; ſit ſuo ſubiecto à natura inſitum: ſi igitur nigrum ſit ipſi coruo accidens inſeparabile, etiam & riſibile homini.* Rur*ſum, quæ ſubſtantiam minimè informant, adeſſe & abeſſe poſſunt, ſed riſibile ſubſtantiam hominis minime informat: igitur adeſſe & abeſſe poteſt. minor probatur: nihil rei ſubſtantiam monſtrat aut informat (ut inquit* Boëtius*) niſi genus, ſpecies, & differentia: ſed riſibile non eſt genus, ſpecies, aut differentia, igitur rei ſubſtantiam minime informat.* ¶Diluitur *obiectio pro priori parte, negando riſibile eſſe accidẽs: ut hoc in loco ſumitur.* Quã-

do dicis quæ de aliquo ſubiecto accidentaliter dicuntur, adeſſe & abeſſe poſſunt, præter ſubiecti corruptionem: id uerum eſt, ſi accidentaliter & non conuerſim dicantur: ſed ea non oportet adeſſe, & abeſſe ſubiecto præter ſubiecti corruptionē, quæ de aliquo ſubiecto prædicantur accidentaliter & conuerſim. Eſt *accidentis (ut quintum conſtituit prædicabile) officium, prædicari accidentaliter, & non conuertibiliter: & ultima particula à proprio ſimpliciter differt: licet à proprio primo, aut ſecundo, aut tertio non ſeparetur.* Nam *dicit* Philoſophus Topicorum *primo: Aliquando nihil prohibet accidens, proprium fieri: ſimpliciter autem proprium non erit.* ¶Alia *pars diluitur, negando idem eſſe de accidente corui & riſibilitate hominis, quantum ad diſſolutionem unius ab altero mente conſtituendam.* Nec *eſt debita comparatio & proportio nigredinis ad coruum & riſibilitatis ad hominem: nec eadem cenſetur ratio.* Nam *propria paſſio, ut riſibile ſui ſubiecti ſubſtantiæ inſita, quodammodo eius ſubſtantiam confirmat: à qua diſiungi non poteſt, nec re nec cogitatu, niſi ſubiectum corrumpatur.* Quòd *ſi intereat propria paſſio, ſimul & ſpeciem perire oportet.* Id *autem accidenti non congruit.* Non *enim oportet ſi nigredo à coruo diſſocietur, ſpeciem corui perire: licet, ut dicit* Porphy. *in communitatibus, non poſſit coruus propriam, & genuinam retinere ſuæ naturæ formam, ſine nigredine.* Diuus Auguſt. *differens de accidente lib. 5. de trinitat. cap. 4. inquit:*

Accidens non ſolet dici, niſi quod aliqua mutatione eius rei cui accidit amitti poteſt. nā etſi quædā dicuntur accidentia inſeparabilia, quæ Græce *appellantur* ἀχώϱιςα, *ſicut eſt plumæ corui color niger, amitti eum tamen, non quidem quandiu pluma eſt, ſed quia non ſemper eſt pluma.* ¶*Tertia pars ſoluitur concedendo quæ minime ſubſtantiam informant, poſſe adeſſe & abeſſe ſubiecto præter ſubiecti corruptionem. ſed negandum eſt illud riſibili competere, quanuis id uidearis probare ex* Boëtio, *ſecūda ad* Porphyrium *æditione, qui dicit nihil rei ſubſtantiam monſtrare niſi genus, ſpeciem & differentiam.* In *prima tamen æditione, uidetur oppoſitum ſentire & ſibi aduerſari: dicit enim cap. de accidente,* Genus, Speciem, Differentiā & Propriū *in ſubſtantia eſſe, & cuiuſcunque illius rei ſubſtantiam monſtrare.* Si *tamen quid in his ſentiat, diligenter perſpexerimus: nihil inuenietur unde liceat affirmare eum ſibi aduerſari.* Cum *enim dicit,* Nihil *rei ſubſtantiam monſtrare niſi ſit genus, ſpecies aut differentia, ſanè intelligit nihil ſimpliciter rei ſubſtantia monſtrare & prædicari ſubſtantialiter præter genus, ſpeciem & differentiā.* Et *quia propria paſſio ſui ſubiecti ſubſtantiæ eſt inſita quam cōſequitur: & aliquantiſper rē ipſam indicat, à qua nihilo ſeparari poteſt, quin ſubiectum diſſoluatur: ideo dicit* Boëtius *proprium eſſe in ſubſtantia & ſubſtantiam monſtrare.* ¶*Adhuc contendes probādo riſibile eſſe accidens.* Ineſt *alicui, igitur eſt accidens. conſequentia probatur ex definitione acci-*

dentis quam ponit Philoſophus quinto Metaphy. cap. 30. dicens: Accidens dicitur quod ineſt alicui. Tum etiam riſibile eſt in prædicamento accidentis uidelicet qualitatis: igitur eſt accidens. ¶Reſpondebis concedendo riſibile eſſe accidens, ſumendo accidens pro eo quod ineſt alicui: non autem ut cæpit Porphyrius, & in hanc nonnulli deſcendunt cenſuram. tamen Philoſophus 5. Metaphy. non dicit quod ſolum ineſt alicui, eſſe accidens: ſed ſubiungit, ut proprium finiat accidens, Et quod uerũ eſt dicere: non tamen neceſſario, neq; ut plurimum: ut puta ſi quis pro plãta fodiens foſſam, inuenit theſaurum. hoc itaq; accidens fuit fodiendi foſſam, theſaurum inuenire: nec enim neceſſario hoc ex hoc, aut poſt hoc: nec ut plurimum, ſi quis plantans theſaurũ inuenit. Muſicus quoq; fuerit quiſpiã albus: ſed cum nec neceſſario, nec ut plurimum hoc fiat, accidens ipſum dicimus. Hæc ille. ¶Vocat Agricola accidẽtia, quorum utrumuis & eſſe & interire, ſine alterius pernicie poſſit. quemadmodum dicimus in rebus accidere ea, quæ temere & nullo delectu aut prouidentia uidentur fieri. Ex qua ſignificatione Seneca inquit: Non accidunt (ut putas) omnia, ſed eueniunt. ¶Alia pars ſoluitur concedendo riſibile eſſe accidens: ut accidẽs diſtinguatur ab ijs quæ ſunt in genere ſubſtantiæ. Nam Philoſophi ſumunt nonnunquam accidens pro omni illo, quod non eſt in genere ſubſtantiæ: quo intellectu accipiendum eſt quod dicunt nouem eſſe genera accidentium: Quantitatem, Relationem, Qualitatem, Actionem, Paſ-

ſionem, Vbi, Quando, ſitum eſſe, & Habere. ¶ In ultimam argumentaberis accidentis definitionem, Coloratum eſt accidens, & tamen eſt genus: igitur minus recte dixit Porphyrius, accidens non eſſe genus. Maior probatur: hæc ꝑdicatio eſt quinti prædicabilis, homo eſt coloratus, igitur coloratū eſt accidens. Minor probatur: hæc ꝑdicatio, Albū eſt coloratum, eſt generis de ſua ſpecie, igitur coloratū eſt genus. ¶ Reſpōdebis cōcedendo coloratū diuerſa ratione & reſpectu diuerſorū terminorū eſſe genꝰ & accidens. Nec ꝓpterea quidquā detrahendū eſt Porphyrio. Nā intelligēda eſt illa definitio in hūc modū: Accidēs eſt qđ neq; eſt genus, neq; ſpecies, neq; differētia, neq; ꝓpriū ſui ſubiecti. & ꝗuis coloratū ſit genus, nō tamē illius ſubiecti eſt genus cuius eſt accidens: eſt enī hominis accidēs, nā nihil qđ ſit homini ſubſtantiale, indicat, ſed dūtaxat qualitatē, & albi genus. Et quia accidēs eſt ſubiecti accidēs, & refertur ad ſubiectū, ut ſuum correlatiuū: adnotare licebit quid ſit ſubiectū accidentis. ¶ Subiectū accidentis eſt terminus abſolutus, aut terminus minus cōnotatiuus ad ipſum accidens terminū magis cōnotatiuū cōparatus, de quo accidens prædicatur accidētaliter non conuerſim. Exemplū primæ particulæ: ut homo eſt ſubiectū albi. Exemplū ſecundæ: ut bicubitum ad æquale. Nam bicubitū ſolā quantitatē connotat: æquale uero quantitatem & ad aliquid: ita album ad ſimile. Nam albū ſolā qualitatē denotat: ſimile autem qualitatem & ad aliquid. Quare iſtæ ꝑdicationes erūt accidētales: bicubitū eſt æqua

le, album eſt ſimile,ut prædicatio accidentalis diſtinguatur à ſubſtantiali. Nonnulli *tamen dicerent illas prædicationes eſſe ſubſtantiales: ut ſubſtantialis non diſtinguatur ab eſſentiali: modo illam dicerent eſſentialem, quia prædicatur magis connotatiuum de minus connotatiuo.* Quia *tamen prædicatio ſubſtãtialis ſolum accommodatur generi,ſpeciei & differentiæ magis propriæ de ſuo ſubiecto prædicabili: ideo illæ prædicationes non dicerentur ſubſtantiales.* Non *putes delirum eſſe & abſurdum,quodpiam accidens alteri accidenti eſſe ſubiectum:nam magnitudo ſiue extenſio eſt albedinis rei albæ adhærentis, ſubiectum: non quod ſubſtantia ſit, cui inſit albedo:ſed quòd ſine extenſione,aut magnitudine nequeat albedo inhærere ſubſtantiæ albæ: & hoc accidens ab aliquibus dicitur ſubiectum quo,ſed quónam nomine dicatur nõ refert, proprie tamen ſubiectum,eſt ſubſtantia prima,quæ, ut ſcribit* Philoſóphus *in prædicamento ſubſtantiæ, maxime ſubſtat,& hoc ſubiectum cenſetur ſubiectum quod.* ¶Obijcies *probando coloratum nõ eſſe ſubiecti abſoluti, ut hominis accidens.* Non *poteſt abeſſe ſubiecto, igitur non eſt accidens. antecedens probatur:non poteſt ſeparari à ſubiecto,igitur non poteſt abeſſe. antecedens probatur: dicit* Philoſóphus *primo* Phyſicorum, *nullum accidentium à ſubſtãtia eſſe ſeparabile.* ¶Dices Philoſóphum *nolle dicere nullum accidens logicum poſſe negari de ſubiecto pro ſubſtantia ſupponente.* Sed *innuit nullum accidens poſſe eſſe naturaliter ſine ſubſtantia: &*

quanuis aliquod accidens poſſit accidenti ineſſe: ut albedo lactis in quantitate lactis: non poteſt tamen accidens naturaliter eſſe ſine ſubſtãtia. ¶ *Mouebis dubitatiunculam, qui fieri poteſt ut accidens in prima definitione definiatur per adeſſe & abeſſe: cum illæ particulæ appareant inter ſe pugnare & inferre contradictoria? Nam bene ſequitur, iſte terminus album adeſt: igitur alicui ineſt. deinde abeſt: igitur non ineſt: ſed conſequentia pugnant inter ſe, igitur & antecedentia.* ¶ *Dilues dubitatiunculam dicendo (ut ſentit Boëtius) illam definitionem eſſe factam poteſtate & non actu. & quod illæ particulæ, abeſſe & adeſſe poteſtate non pugnant inter ſe. Adeſt terminus alicui ſubiecto poteſtate, quando de illo poteſt accidẽtario uerificari. Abeſt uero poteſtate, quando poteſt de eodẽ ſubiecto pro eadem re accidẽtariò uere negari. Facile eſt deſcribere quid ſit adeſſe actu, & abeſſe actu.*

¶ *Emergit ſcrupus de corporeo, ſi nã ſit accidens: & uidetur ſanè accidentiũ numero aſcribi. nã nihil quod ſubſtantiã rei poſſit oſtẽdere, ſignificat. At ratiocinatur Ammonius, Corporeũ nõ poſſe dici accidens. si (inquit) eſſet accidens, unus locus plura ſimul corpora cõprehenderet, quod fieri nullo modo poteſt: atqui plura accidẽtia in uno & eodẽ loco ſimul quin ſint nihil prohibet, ut in malo, odorẽ, colorem, & dulcorẽ. ſed ſanè quod nititur probare, non probat. Paucis dicã corporeum non eſſe accidens, ut ſit differẽtia à maxime propria ſubſtantiæ diuiſiua. Si uero ſumas loco corporis ad quantitatem de-*

cumbentis, abſurde tamen & ſatis improprie, tunc dicatur accidens.

De communitatibus & differentijs quinque uocum, Scholia.

Commune quidẽ eſt oĩbus de pluribus prædicari, quẽadmodũ dictum eſt. Sed genus quidẽ, de oĩbus ſub ſe ſpeciebus & indiuiduis, & differentia ſimiliter. ſpecies autẽ de ijs quæ ſub ipſa ſunt indiuiduis. at vero ꝓprium & de ſpecie, cuius eſt propriũ, & de ijs quæ ſub ſpecie ſunt indiuiduis. accidens autẽ & de ſpeciebꝰ & de indiuiduis. Nãq; animal de equo & boue prædicat quæ ſunt ſpecies, & de hoc equo, & de hoc boue quæ ſunt indiuidua. irrationale vero & de equo & boue, & de ijs qui ſunt particulares prædicat. ſpecies autẽ vt hõ, ſolũ de ijs qui ſunt particulares homines pdicatur. ꝓpriũ vero de ſpecie cuiꝰ eſt ꝓpriũ: & de ijs quę ſub ſpecie ſunt ĩdiuiduis, vt riſibile de hoĩe, & de ijs qui ſunt particulares. nigrũ autẽ & de ſpecie coruorũ, & de ijs q ſunt particulares, qđ eſt accidẽs inſeparabile. & moueri de hoĩe & de equo, qđ eſt accidẽs ſeparabile. ſed principaliter qdẽ de ĩdiuiduis: ſcđo vero loco de ijs quæ cõtinent indiuidua. *Tametſi Porphy. ſuas ſeorſim uoces uarijs finitionibꝰ diſtinxerit, & ab ĩdiuiduis ꝙ cõione quadã de pluribꝰ pdicētur, abiũxerit, nihilominꝰ tamẽ hoc in loco plane, appoſite, & copioſe in quibus conſentiant diſſenti-*

ántque, patefacit.imprimis docet eas conuenientia & officio prædicandi de pluribus,conſentire.Et hoc uniuerſale pronuntiatum, uoces Porphyrianæ de pluribus prædicantur,hac inductione colligitur & concluditur,genus prædicatur de pluribus uidelicet de ſpeciebus & indiuiduis, primario quidẽ de ſpeciebus: ſecundario de indiuiduis, ut exemplo indicat.Species de pluribus indiuiduis quib9 ex æquo iungitur:Differẽtia de ſpeciebus& indiuiduis.Idẽ ſentit Philoſophus 4.Topicorum, cap.6. Similiter proprium de ſpecie cuius eſt,primario quidem, & ſecundario de indiuiduis:Accidens de ſpeciebus & indiuiduis,primo quidem de indiuiduis,ſecundo de ſpeciebus ſiue fuerit accidens inſeparabile, ſiue ſeparabile:igitur uoces Porphy.de pluribus prædicantur. Nec agas uelim momum & mordaciſſimum calumniatorem,ꝙ indefinitam inductionis, arte ratiociner. Nam illa indefinita quæ uere doctrinalis eſt,huic reſpondet uniuerſali,Omnes uoces Porphyrianæ de pluribus prædicãtur. ¶Cum dicimus differentiam prædicari de ſpeciebus,nolumus dicere nec intendimus,ſpecies ſortiri appellationem à differentia.palàm eſt ſpeciẽ quatenus ſpecies eſt,ſolius generis reſpectu & habitudine duci,licet ſit ſpecies & generis,& indiuiduorum etiam & differentiæ. Eſt enim homo,animalis & particularium hominum ſpecies:animalis,ut contentum : particulariũ hominũ,ut continens.eſt & differentiæ ſpecies, ut formatum & conſtitutum à ſua forma dependens. Nõ abſurde dices genus ut materiã de ſpecie præ-

dicari, & differentiam ut formã qualitatemq; ſubſtantialem. Nam ut dicit *Ariſt. in cap. nuper citato, genus magis prædicatur in quid de ſpecie q̃ differentia, & differentia magis in quale q̃ genus: uaria igitur & diuerſa ratione genus & differentia de ſpecie prædicantur.* ¶Commune autem eſt generi, & differentiæ cõtinentia ſpecierũ. cõtinet enim & differentia ſpecies, etſi non omnes, quas genera: rationale enim, etſi nõ contineat ea quę ſunt irrationalia, vt genus quẽadmodum animal, tamẽ continet hominem & deum, quæ ſunt ſpecies. ¶Et quæcũq; prædicantur de genere, vt genere: & de ijs quæ ſub ipſo ſunt ſpeciebus prædicantur. & quæcunq; prædicantur de differentia, ut differentia: & de ea (quæ ex ipſa eſt) ſpecie prædicabuntur. Nam cum genus animal ſit, non ſolũ de eo prędicantur, vt genere, ſubſtãtia & animatum & ſenſibile: ſed etiã de ijs quæ ſunt ſub animali ſpeciebus omnibus prædicantur hæc, vſq; ad indiuidua: cúnq; differẽtia ſit rationale, prædicatur de ea vt differẽtia, id q̃d eſt ratione vti: & non ſolũ de eo quod eſt rationale, ſed etiã de ijs quæ ſunt ſub rationali ſpeciebus prædicabitur ratione vti. ¶Cõmune autẽ eſt perempto genere, vel differẽtia, ſimul perimi quæ ſub ipſis ſunt. Quẽadmodũ enim ſi non ſit animal, nõ eſt equus neq; homo: ita ſi non ſit rationale, nullũ erit animal quod vtatur ratione. ¶*Differit Porphy. de tri-*

quærat quale eſt aĩal, apte reſpondebitur eſt ſenſitiuum. Adde ꝙ recurrit cũ animali, eſt enĩ ꝓpriũ animalis ſentire aut eſſe ſenſitiuum : hæc quæ non mihi uidentur eſſe facillima, tranſigunt multi qui in pleriſq; facilitatẽ præ ſe ferentibus copioſiſſime dicũt, ardua autẽ & cognitu difficilia ꝑcurrũt: ſed forſitã nobis prudẽtiores ꝙ nõ ſe arduiſſimis committant periculis. Non mihi ingeneroſum uidebitur hac in re de noſtro periclitari ingenio. Eodem quandoq; nomine & genus & differẽtia cõprehẽditur. Animatũ & ꝑ genere & differentia nõnunq̃ à doctis uſurpatur: pro genere ut intelligamus idipſum ſumi ꝑ corpore aĩato, aut eius loco: aliquando differentia eſt corporis in aĩatũ & inaĩatũ partiti. Idẽ ſentias de ſenſitiuo: aut Porphyriũ cæpiſſe ſenſitiuũ loco huius generis corpus ſenſitiuũ, aut inauditum eſſe quídnã illo nomine intellexerit. & quandoq; ſumitur pro differẽtia aĩalis cõſtitutiua: hoc modo prædicatur in quale ſubſtantiale. Deinde difficilius eſt quod obiectas, ſenſitiuum uidelicet recurrere cũ animali. Non inficiatur Ariſto. ſenſória aĩalis organa & ipſos ſenſus ſenſilium ſpecierũ ſuſceptiuos ſentire, uidet enim oculus, ſaltẽ ut organum, & aures audiunt, & tamen nõ concederet Ariſtote. has partes organicas, & integrales eſſe animalia. pariter manus ſentit, quæ tamen non eſt animal. nam animal eſt nomen totius, & non partis. Vide Ariſto. 2. & 3. de Anima, ſi nam ita ſit dicẽdum nécne. ſunt etiã quædã animalia inſecta, ut idẽ ſcribit primo de Anima, quæ ſi diuulſa fuerint, retinent eandem

animam, quam, cum diuiſa non erant, retinebant. Coluber mutilus uiuit etiam per medium diuiſus, & non perdidit animam ſenſitiuam, licet diu perſiſtere nequeat. Et cum dicitur ſentire eſſe animalis proprium, animal & partes animalis, licet non omnes, comprehendimus. Oſſa enim & nerui, quia immodicum habent terræ temperamentum, ut oſtendit Philoſophus, tertio de anima, non ſentiunt. Cum dicimus ſubſtantiam animatam ſenſitiuam eſſe definitionem animalis, agimus de ſubſtantia completa, quæ alterius pars non eſt, alioqui definitio cum definito non recurreret. Nec nobis aduerſatur neque noſtram ſubuertit ſententiam id quod ſentit Philoſo. 1. cap. opuſculi de ſenſu & ſenſato. Animal ſcilicet à non animali ſenſu ſeiungi & finiri, quia iam reſponſum eſt. nam aut loquitur de animali ut toto & completo ente, aut nomine totius complectitur partes animalis ſenſitiuas. ¶ *Obrepit & alius ſcrupus, quo nam pacto eſt utēs ratione differentia ſit rationali differentia ſuperior, cum appareat manifeſte oppoſitum? Nónne ſi quicquā ratione utatur, idipſum ſenties eſſe rationale? non tamen ſi rationale fuerit, mox dices ipſum uti ratione. Vino etenim obrutus, eſt rationalis, quia rationem habet quā non perdidit. habet etiam animam rationalem, non tamen utitur ratione. Licet dicat Boëtius hanc differentiam utens ratione eſſe rationalitati cognatam, & rationale dici de homine: & aliud eſſe habens rationem & ratione uti, non tamen mihi planè uidetur ſatiſfacere Porphy-*

rio. Stapulenſis dicit rationale ſumi pro eo quod eſt omnino uti ratione. Si igitur quidpiam hoc modo fuerit rationale, non abſurde dicetur uti ratione, nō tamen ſi quis quouis modo utatur ratione dicetur plane & ſyncere rationalis. Nam ſemifatuus aut ſemiuinolentus non omnino deſtituitur ratione, quare erit utens ratione, non tamē rationalis, quia quodammodo eius ratio propter perturbationem qua torquetur & laborat, eſt læſa. ¶ *Tertia conuenientia, ſublatis generibus & differentijs neceſſe eſt auferri & adimi ea quibus præficiuntur. Interempto enim animali & rationali, neceſſe eſt hominem interimi: recte inferes, non eſt animal, nec eſt rationale, igitur non eſt homo, nam ex oppoſito conſequētis ſequitur oppoſitum antecedētis. quemadmodum igitur interempto genere interimitur & ſpecies, ita interempta differentia interimitur & ſpecies.*

¶ Propriū autē eſt generi de pluribus prædicari, q̃ differentia & ſpecies & propriū & accidens. Animal enim de homine & equo, & aue, & ſerpēte prædicat̃: quadrupes vero de ſolis quatuor pedes habētib⁹: hō vero de ſolis indiuiduis: & hinnibile de equo ſolū, & de ijs q ſunt particulares: & accidēs ſimiliter de paucioribꝰ. Oportet autē differentias accipe, quibus diuidit̃ gen⁹, nō eas quæ cōplent ſubſtantiā generis, ſed quæ ſunt diuiſiuæ. ¶ Amplius, Gen⁹ cōtinet differentiā poteſtate: aīalis enim hoc quidē rōnale eſt, illud vero irrationale: differētiæ vero nō continēt genera.

¶Amplius. Genera quidẽ priora ſunt ijs, quę ſunt ſub ſe poſitę differentijs, ꝓpter qđ ſimul quidẽ eas auferũt: nõ autẽ ſimul auferunt ab eis. Sublato enĩ aĩali, aufert rõnale & irrationale: differẽtiæ vero non amplius ſimul auferunt genus: nã etſi oẽs interimant, tamẽ ſubſtãtia aĩata ſenſibilis ſubintelligi poteſt, quæ eſt aĩal. ¶Amplius. Genus quidẽ in eo qđ qd eſt, differẽtia vero in eo qđ quale quiddã eſt, quẽadmodũ dictũ eſt, ꝑdicat. Amplius. Gen⁹ quidẽ vnũ eſt ſcđm vnãquãq; ſpeciẽ, vt hoĩs id qđ eſt aĩal: differẽtię vero plurimæ ſunt, vt rõnale mortale, mẽtis & diſciplinæ ꝑceptibile, quibus ab alijs aĩalibus differt. ¶Et genus quidẽ cõſimile eſt materię: formæ vero differentia. Cũ autẽ ſint & alia cõmunia, & ꝓpria generis & differẽtię, nũc iſta ſufficiãt. ¶*Paulo ante explicuit Porphy. generis cũ differẽtia ſimilitudinem, nunc uero quõnã inter ſe diſſidio diſterminẽtur, & quãſnã habeant diſſimilitudines, explicat. Prima diſſimilitudo. Natiuũ eſt generi & ꝓpriũ, de pluribus ꝑdicari q̃ differentia, & quæuis alia uox prædicabiliũ numero aſcripta. Nam aĩal genus de pluribus ꝑdicatur q̃ quadrupes differentia, cũ non ſolũ dicatur de aĩalibus duobus duntaxat innitẽtibus pedibus, uerum de oĩbus ſiue quatuor incedant & gradiantur pedibus, ſiue duobus: quadrupes uero ijs duntaxat cõpetit, quæ ſuũ motũ quatuor excitant pedibus. Latius etiã patet aĩal q̃ rõnale aut irrationale, ut oĩbus eſt cõpertũ. Nec hic agit Por-*

phy.de differentia generis cõſtitutiua,ſed duntaxat diuiſiua.Nam differẽtia genus informans & conſti tuens tã late patet q̃ gen⁹,neq; cuipiã cõtinget ineſ ſe genus,cui non cõtingat differentiã cõſtitutiuã ineſſe,tritũ eſt de ſenſitiuo exemplũ: nã ſi cuipiã inſit aĩal, illi etiã cõpetet ſenſitiuũ. Sed hæc differentia non diſpeſcit aĩal neq; diuidit,ſed rõnale & irrationale.prædicatur etiã genus de pluribus q̃ ſpecies. nã ſi de aliquo prædicetur hõ, de eodem ꝓdicabitur aĩal:at ſi de aliquo ꝓdicetur aĩal,de eodẽ hominem prædicari non oportet.Latius etiã & multo fuſius diſtenditur genus q̃ propriũ,ſaltẽ ſpeciei infimæ,de quo nunc agit Porphy.ut eius exẽplũ cõmonſtrat: aĩal de omnibus prædicatur aĩalibus:hinnibile equi proprium,duntaxat de equis dicitur.Dicitur etiã genus de pluribus quàm accidens:nam animal non ſolum de coruis dicitur, de quibus nigrum prædicatur: ſed etiam de cygno & reliquis animalibus candore inſignitis. ¶Inſtabit quiſpiam, nigrum cum & animali & parieti accidat,uidebitur animal genus tranſilire. Huic reſpondetur obiectioni, accidentia ſub genere contenta, & certis ſpeciebus accommodata minus diffundi quàm genus. Licet igitur nigrum ſimpliciter pluribus competat quàm animal,non tamen nigrũ ſpeciei animalis adiectũ. Nam nigrum in coruo, ſolum dicitur de coruo: de quo dicitur animal, & de alijs ſpeciebus ſibi ſubiectis.¶Secunda diſſimilitudo.Genus continet differentias poteſtate,differẽtiæ uero nõ continent genera,nõ etiam eſt inferioris aut minus communis,

maius & ſuperius continere. Animal cõtinet poteſtate rationale & irrationale, neq; enim animal ut animal, actu eſt rationale aut irrationale, ut oſtendimus cap. de differẽtia, alioqui contraria in eodem actu erunt, ſed utrunq; poteſtate amplectitur: nam animal ad brutũ cõnugrans, eſt irrationale, nõ tamen ut genus, & ad hominem rationale. ¶ *Tertia. Genera priora ſunt differentijs conſtitutiuis, hinc ipſis ſublatis auferuntur ſimul differentiæ, non tamen ſublatis differentijs, mox auf ertur genus. Interemptis rationali & irrationali differentijs non interimitur animal: nam ſubſtantia animata ſenſitiua quæ eſt animal, notione, & cogitatione permanet, & genus ſubintelligitur: licet actu & quatenus genus non remaneat. Nam ſi nihil ſit rationale nec irrationale, non eſt homo, neque equus, neque quoduis aliud bruteſcens animal: ꝙ ſi hæ collapſæ fuerint ſpecies & extinctæ, neceſſe eſt genus decidere: & non amplius germanam generis cogitationem retinere. Quòd autem genus ſit prius ſuis differentijs diuiſiuis, ſic probo: genus eſt ut materia, differentia ut forma: ſed materia prior eſt forma, ſaltem intellectu & cogitatione: licet ſit dignitate poſterior, ergo genus prius erit ijs quæ ſub ſe poſitæ ſunt differentijs. Minorem probo. Semoueamus intellectu animam hominis, magnitudinem, figuram, & reliquas corporis habitudines, quod relinquetur ſenſibus imperuium, erit materia prima, ad omnes formas cum naturales tum artificiales recipiendas propenſiſſima, quæ nunq̃ habili-*

tate ad formã induendam, tametſi proprijs ex ſe ſit inaffecta formis, deſtituitur. De hac re lege Rodolphũ Agricolã lib. 1. de inuentione dialectica cap. 9. Plato authore Beſſarione materiã elementarem, id eſt hylen, primam informem, ex qua elemẽta diſcreta ſunt cogitatione tantum ſpuria intelligi poſſe ait, hoc eſt materiã tantũ, ſequeſtrata omni forma, diuiſione, figura, magnitudine, quæ apta ſit omnes has & huiuſmodi qualitates recipere. Itaq; materia ſua ac propria ratione incognita, ut quæ forma careat, ſpuria cogitatione utique comprehendi poteſt. Plura ad hanc diſceptationem opportune ſpectantia lege apud Budæum in ſuis Pandectis. Ariſtote. primo Phyſicorum cap. 7. dicit materiam ſola analogia poſſe cognoſci. Nam ut ad ſtatuam æs, aut ad lecticam lignum, aut ad aliquid aliud eorũ quæ formam habent materies atq; informe ſeſe habet., antequam ſuſcipiat formã, ſic ad ſubſtantiam & hoc aliquid, atque id quod eſt, hæc ſeſe habere uidetur. ¶ Quarta diſſimilitudo. Genus in quid de pluribus prædicatur, differentia uero in quale, quemadmodum dictũ eſt. ¶ Quinta. Genus omnibus ſuis ſpeciebus unum eſt, unámque & eandem prorſus rationẽ eis impartitur. nã & homo eſt ſubſtãtia animata ſenſitiua, & equus pariter & aliæ animalis ſpecies: differentiæ uero ſunt plurimæ uni ſpeciei accõmodatæ, ut rationale, mortale, mentis & diſciplinæ perceptiuũ, hominis ſunt differentiæ, quibus homo à cæteris animalibꝰ diſterminatur. ¶ Sexta. Genus ſimilitudinẽ cum ipſa materia ſibi conciliat,

differentia uero cũ forma. Nã *quẽadmodũ materia ex ſe eſt indifferens & indeterminata ad formas ui ciſſim recaptandas, ita genus indifferens eſt ad cuiuſlibet ſuarum ſpecierũ conſtitutionem, & etiam indifferens eſt ad hanc uel illã differentiã recipiendã: non enim aĩal procliuius eſt, ad rõnale ſuſcipiẽdũ q̃ ad irrationale, cũ utrũq; ſola poteſtate contineat.* Et *uti materia aſtricta & determinata aliqua forma, fit hoc aliquid: ita genus quapiam differentia cõſtitutiua præſcriptũ, in ſpeciei naturã aſciſcitur, & ſpecifica differentia ſufficiẽter contractũ, ſpeciẽ conſtitutam nõ trãſilit, licet ex ſe & ſeorſim intellectã tranſiliat & excedat.* ¶Genus autẽ & ſpecies cõmune quidẽ habẽt, de plurib⁹, quẽadmodũ dictũ eſt prædicari. Sumat̃ autẽ ſpecies vt ſpecies ſolũ nõ etiã vt genus, ſi fuerit idẽ ſpecies & genus. ¶Cõmune autẽ his eſt: & priora eſſe ijs de quibus prædicant̃. ¶Et totũ quoddã eſſe vtrũq;. ¶*Aſſignat tres generis cũ ſpecie cõmuniones.* Prima *eſt:* Tam *generi q̃ ſpeciei cõpetit de pluribus prædicari. nã quẽadmodũ aĩal prædicatur de plurib⁹, ita & hõ. hæc facillima ſũt & iam ſuis in locis explicita, ideo tranſigenda.* Sed *addit unũ* Porphy. *ut eã ſpeciem quæ ſolum ſpecies eſt & maximè ſpecies, intelligamus, non autẽ eam quæ & ſpeciei & generis cõditionẽ obſeruat, quam ſubalternam uocãt, quæ teſte* Boëtio *nõ magis cenſenda eſt ſpecies q̃ genus, ne'q; propriè dicitur ſpecies.* Ex *hoc* Porphyrij *loco ſatis coniectamus ſpeciẽ ſubalternam quatenus talis eſt, non prædicari de*

pluribus.huius certaminis difficultatem aliubi detexinus. ¶*Secunda:Et genus & ſpecies prius eſt ijs de quibus prædicatur.Bifariam teſte Ammonio aliquid eſt altero prius.Aut ꝙ eo ſublato cætera auferãtur,nõ tamẽ ediuerſo.Aut ꝙ aliud ſequitur,ſed nõ antecedit,utroq; modo genus prius eſt ijs quib⁹ eſt genus:pariter ſpecies prior eſt ijs,quibus eſt ſpecies.Nã ſublato genere,auferuntur & ſpecies,nõ tamen ediuerſo:ſi non eſt aĩal, nec eſt hõ nec equus: non tamen oportet aĩal nõ eſſe,ſi homo nõ ſit. Etiã ſublata ſpecie,non perſiſtit eius indiuiduũ:ſi enim interimatur hõ,Socratem neceſſe eſt interimi,at hoc ad illud non recurrit,cũ poſſit illa ſpecies, Socrate non exiſtẽte,perſiſtere.Eſt etiã genus ſcđo illo prioris modo prius ſuis ſingulis ſpeciebus. nam ſi ſit hõ, neceſſario erit aĩal,non tamen uice inuerſa.ita dicas de ſpecie ſuis comparata indiuiduis, ſi ſit Socrates, exiſtet homo, ſed homo ad Socratem non antecedit.* ¶*Tertia : Vtrunque eſt totum, quia uniuerſale, & maius eſt quod antecedit. nam quemadmodum genus ſuis ſpeciebus, etiam indiuiduis eſt uniuerſale,ita ſpecies ſuis indiuiduis,cum utrunque prædicetur de pluribus.Licet genus cum primũ ſit in definitione,ſit pars,ſumendo partem pro parte cõſtitutiua.Hæc ſuis locis abunde expoſuimus.* ¶Differunt autẽ eo ꝙ genus quidẽ continet ſpecies ſub ſe,ſpecies vero cõtinet, & nõ cõtinet genera.de pluribus enim genus q̃ ſpecies ꝑdicatur.¶Amplius.Genera pręiacere oportet,& informata ſpecificis differentijs, ꝑficere ſpe-

cies,vnde & priora ſunt naturaliter genera, & ſimul interimẽtia,ſed quæ nõ ſimul interimant:& ſpecies quidẽ cũ ſit, eſt & genus oĩno:genus vero cũ ſit,nõ omnino erit ſpecies. ¶Et genera quidẽ vniuoce de ſpeciebus prædicantur:ſpecies vero de generibus minime. ¶Amplius.Genera quidẽ abundãt earũ quæ ſub ipſis ſunt ſpecierũ cõtinẽtia: ſpecies vero à generibꝰ abundãt ꝓprijs differẽtijs.¶Amplius.Neq; ſpecies fiet vnq̃ generaliſſimũ,neque genus fiet vnq̃ ſpecialiſſimũ. ¶*Vario diſcrimine diſiungit genus à ſpecie. Primũ diſcrimẽ, genus ſui amplitudine, & fuſa prædicandi ratione continet ſub ſe ſpecies ſibi ꝑfecto ancillãtes, ſpecies uero minutiore dicendi genere pẽſiculata,nequit genera cõplecti nec continere, & rationem ſubiungit Porphy.ſatis euulgatam,De pluribus enim genus q̃ ſpecies prædicatur.Et ratio,genus ſibi uendicat nomen continentis.Id enim logice continet, quod ad plura ſe fundit q̃ id quod continetur. Atqui genus ſuis comparatum ſpeciebus ad plura ſe fundit q̃ id quod cõtinetur uidelicet ſpecies, igitur genus ſpecierum habitudine uere dicetur continens, & ſpecies ipſum contentũ.¶Secundum. Genera præfici oportet & præiacere cum uicariũ materiæ munus obeant, & ſpecificis affecta atq; illuſtrata differentijs,ſpeciẽ cõplere & ꝑficere: hinc nõ abs re, priora cenſentur natura ijs quibus principantur. ꝙ ſi de medio tollantur, mox ſpecies ſibi ipſis ſubſtratas corruere & præcipitium facere,eſt neceſſe: non ta-*

men confeſtim ea collabentur, ſi ſingulæ ſpecies collabantur, ut animalis indicio facile eſt perſuadere & iam perſuaſimus: neque recantata recinemus. & ſi ſpecies ſubſiſtat, omnino & genus ſubſiſtet: at ſi genus ſubſiſtat aut re aut intellectu, ſingulas ſpecies omnino ſubſiſtere non erit neceſſe.

¶Tertium. *Genus uniuoce atque eadem ratione de ſuis prædicatur ſpeciebus, non tamen ſpecies uniuoce dicentur de genere prædicatione quidem apta & logicis accommoda literis*. Nemo *ſanè neſcit animal eadem omnino ratione dici apte de homine & equo ut iam aliubi docuimus, non tamen apte dicetur homo de animali*. Abſurdum *quippe eſt & nimis proletarium nimiſque ſophiſticum, dicere animal eſſe hominem*. ¶Quartum. *Suas uincunt genera ſpecies dicendi continentia & amplitudine, quòd de pluribus nata ſint dici quàm ſpecies, pluráque contineant*. At *ſpecies ut cap. de differentia oſtenſum eſt, ſuis uincunt & præcellunt differentijs ipſa genera, quòd actu differentias contineant: non autem genera, ſed ſola poteſtate.*

¶Quintum. *Neque ſpecies unquam conſcendit ad ſuprenum genus, neque genus unquam decumbet ad infimã ſpeciem*. In *ſpeciebus infimis iubebat* Plato *conquieſcere à genere ſummo per media deſcendendo, neque unquam fas eſſe progredi ad indiuidua ſi ſedulo ſcientiam diſquiramus*. At *cõſcendendo per imas ſpecies uſque ad generaliſſima ſiue ſuprema genera, oſtendebat non altius patere iter. generaliſſimũ itaq; generi aſtipulatur, eidemq́; nun-*

quam diſſentit,ſed ſpecialiſſimo refragatur. ſpecia liſſimum à ſpecie non diſſentit: à generaliſſimo uero maximè.¶Generis autem & proprij commune quidem eſt,ſequi ſpecies. Nã ſi homo eſt,animal eſt,& ſi homo eſt,riſibile eſt. ¶Et æqualiter prędicari gen⁹ de ſpeciebus:& proprium de ijs quæ illo participant indiuiduis. ęqualiter enim & homo,& bos animal eſt,& Cato& Cicero riſibile eſt.¶Cõmune autẽ eſt etiã vniuoce prędicari genus de proprijs ſpeciebus:& propriũ de ĩjs,quorum eſt propriũ. *¶Hic præſcribuntur tres generis cum proprio conuenientiæ. Prima. Commune eſt & generi & proprio ſequi ſpeciem. Nam ſi homo eſt, & animal eſt: & ſi homo eſt, riſibile eſt. Sed ut unum adimã ſcrupum, dicam cum Ammonio, aliter genus ſequi ſpeciem quàm proprium. Nam ſequitur ut maius. Proprium uero, ut æquum. & iure optimo potius ſequitur,quàm antecedat. Nam hæc non eſt apta prædicatio, riſibile eſt homo, cum nullius ſit prædicabilis de ſuo ſubijcibili prædicatio. Et ratio eſt. Prius ſaltem cogitatione intelliginus ſubiectum alicuius propriæ affectionis, quàm ipſam propriam affectionem, quæ non omnino ab accidentis natura euariat. Dicit Boëtius, Proprium non proprie neque ſimpliciter ſequi ſpeciem, & ratio aſſignabitur,quia ad inuicem recurrũt.¶Secunda. Aequa prædicandi ratione non dicam in quid aut in quale,ſed excluſione magis & minus,dicuntur genus & proprium: æqualiter enim & homo & bos,ani*

mal eſt: & Cato & Cicero riſibile eſt. nam ut animal ſuis ſpeciebus ſubſtantiale eſt, ita proprium ſuis indiuiduis adiacens & quodammodo conſubſtantiale, uerius connaturale. ¶*Tertia. Quemadmodum genus prædicatur uniuoce de ijs de quibus genus dicitur, ita & proprium: quòd ſi non dicatur ſubſtantiali diffinitione, ſaltem deſcriptione, aut ut dicunt nonnulli uno & eodem conceptu.*

¶Differunt autem, quoniã genus quidẽ prius eſt, poſterius vero propriũ. Oportebat enĩ eſſe animal: dehinc diuidi differẽtijs & proprijs. ¶Et genus quidẽ de pluribus ſpeciebus prędicatur: propriũ vero de vna ſola ſpecie cuius eſt proprium. ¶Amplius. Propriũ quidẽ conuerſim prædicatur de eo cuius eſt proprium: genus vero de nullo conuerſim prædicatur. Nam neq; ſi animal eſt, homo eſt: neq; ſi animal eſt, riſibile eſt: ſin vero homo eſt, riſibile eſt, & econuerſo. Amplius. Propriũ omni ſpeciei ineſt cuius eſt propriũ, & ſoli & ſemper: genus vero omni quidem ſpeciei ineſt cuius fuerit genus, & ſemper: non autem ſoli. ¶Amplius. Species quidẽ interemptę, non ſimul interimũt genera quorum ſunt ſpecies: propria vero interempta, ſimul interimũt ea quorũ ſunt propria: & ijs quorũ ſunt propria interemptis, & ipſa ſimul interimũtur. ¶*Euariat genus à proprio quintupliciter. Primo. Genus prius eſt, poſterius uero proprium. Nam quod natũ eſt diuidi differentijs & proprijs, prius ſanè eſt &*

natura & intellectu ſingulis & differentijs & proprijs quibus diſſecatur: at genus eſt huiuſmodi, igitur. minor eſt nota. Nam animal genus, natum eſt diuidi rationali & irrationali differentijs. Eſt etiam natum diuidi proprijs. Nam animalium aliud eſt manſuetum, aliud ferum. ferum & manſuetum propria ſunt animalis diuiſiua, & quarundam ſpecierum deſcriptiua. ¶Secundo. Genus de pluribus ſpeciebus prædicatur, proprium uero de una ſola ſpecie cuius eſt, ut. riſibile duntaxat de homine prædicatur cuius eſt propriū, non enim eſt proprium ſimpliciter Socratis aut Platonis, quia cum neutro eorum recurrit: at proprium recurrit cum eo cuius eſt proprium. ¶Tertio. Proprium conuerſim prædicatur cum eo cuius eſt proprium. Nam ſi riſibile eſt, homo eſt, & contra. & ſi riſibile non eſt, homo non eſt, & ediuerſo. illa dicuntur conuerſim, quæ ſe mutuo ponunt, & ſe mutuo interimunt, nec unum poteſt de aliquo dici quin alterum, & econtra. At genus de nulla ſuarum ſpecierum prædicatur conuerſim: non enim ſi animal ſit, oportet hominem eſſe. ¶Quarto. Proprium omni ſpeciei ineſt, cuius eſt proprium, ſoli & ſemper: genus uero omni quidem ſpeciei cuius eſt genus ineſt, & ſemper, non tamen ſoli. Licet omnis homo ſit animal & ſemper, quanuis non ſemper ſit, non tamen ſolus homo eſt animal. Neque phantaſticam ponas hypotheſim uidelicet ſolum hominem eſſe. quis neſcit niſi craſſo obuelatus ingenio, genus non poſſe in una ſola ſubſiſtere ſpecie qua

tenus generis.neque me implices uelim illa perdiffi-cili opinione, quemlibet angelum eſſe ſibi ſpeciem. Age cum Philoſopho philoſophice. ❡*Quinto. Per-emptis proprijs interimuntur ea quorum ſunt pro pria, & interemptis his quibus ſunt propria, pereunt & propria. ſi enim riſibile non ſit, neque ho-mo erit: & ſi homo non ſubſiſtat, neque riſibile ſub-ſiſtet. peremptis tamen ſpeciebus ſingulatim qui-dem & non omnibus, genera non pereunt neq; deci dunt.* ❡Generis vero & accidentis commune eſt, de pluribus, quemadmodum dictum eſt, prædicari. ſiue ſeparabiliũ illud accidens ſit, ſiue inſeparabilium. Etenim moueri de pluri bus: & nigrũ de coruis, & de omnibus æthio pibus, & aliquibus inanimatis prædicatur.

❡*Genus & accidens una cõmunione conſentiunt, quòd quemadmodum genus prædicatur de pluri-bus, ita accidens ſiue ſit ſeparabile ſiue inſepara-bile: etenim moueri accidens ſeparabile, natum eſt prædicari de pluribus: nihil enim prohibet, plures homines moueri. Et nigrum accidens inſeparabile natum eſt prædicari de pluribus, de coruis, æthio-pibus & aliquibus inanimatis.* ❡Differt autem genus ab accidente, quoniam genus ante ſpe-ciem eſt, accidentia vero ſpeciebus poſterio-ra ſunt: nam etſi inſeparabile ſumatur acci-dens, tamen prius eſt illud cui accidit, quàm accidens. ❡Et genere quidẽ quæ participant, æqualiter participant: accidente vero non æ-qualiter. Intenſionem enim & remiſſionẽ ſu-

ſcipit accidētiū participatio:generū vero minime. ¶Et accidentia quidem in indiuiduis principaliter ſubſiſtūt:genera verò & ſpecies naturaliter priora ſunt indiuiduis ſubſtātijs. ¶Et genera quidem in eo quod quid eſt prædicātur de ijs quæ ſub ipſis ſunt:accidētia vero in eo quod quale aliquid eſt,vel quomodo ſe habeat vnūquodq;.Qualis enī eſt æthiops, interrogat⁹, dicis niger:& queādmodū ſe Socrates habeat,dicis quoniā ſedet vel ābulat. *¶Aſſignantur à Porphyrio quatuor differentiæ generis ab accidente. Prima. Genus ante ſpeciem eſt, quia præeſt ſpeciei, & maius eſt, & prius poteſt intelligi q̃ ſpecies: accidentia uero ſpeciebus poſteriora ſunt. nā prius eſt ſubiectum accidentis quàm ipſum accidens,etſi eodem tempore contingat accidens eſſe cum eo cui accidit, ut de accidente inſeparabili exploratum eſt. poteſt enim mēs prius intelligere ſubiectum q̃ ipſum accidens, cum ſubiecti ratio ab accidente non pendeat. ¶Secunda. Quæ genere participant,ex æquo ſubeunt participationem:ut homo & aſinus æqualiter ſunt animalia, nec animal ſuſcipit intenſionē aut remiſſionem cum ſit ſubſtantia. ſubſtantia (ut inquit Ariſtoteles in prædicamento ſubſtantiæ) non ſuſcipit magis neque minus. Quæ uero accidente participant,non æquā obtinent participationē,tametſi accidens quo participarent,eſſet inſeparabile: eſt enim quiſpiam magis ſimus,q̃ alius,& quidam coruus alio nigror. ¶Tertia. Suam habent accidentia primario ſubſi-*

ſtentiã in indiuiduis, ſecundario in ſpeciebus: econtra genera, quia Socrates eſt muſicus & eſt homo, colligimus accidentario hominem eſſe muſicum. nõ enim homo quatenus homo informatur accidente, ſed quatenus Socrates. idem ſentit Ariſtoteles nono capite, quinti Metaphy. Genera & ſpecies naturaliter priora ſunt indiuiduis ſubſtantijs, & genera non modo ante indiuidua, ſed ante ſpecies ſunt: accidentia uero nõ modo poſt ſpecies, ſed etiã poſt indiuidua ſunt. ¶*Quarta trita & communis differentia. Genus prædicatur in quid, accidens in quale quid, aut quomodo ſe habet: ſi quis interroget quid ſit Socrates, cõmode reſpondebitur, eſt animal: qualis, eſt caluus, eſt ſimus. Si uero interroget quónam modo ſe habeat, dicetur aut ſedet, aut ſtat aut quouis alio modo.*

¶Genus igitur quo ab alijs quatuor differat dictũ eſt, contingit etiã vnumquodq; aliorũ differre ab alijs quatuor, quare cũ quinq; quidem ſint, vnumquodq; autem ab alijs quatuor differat: quater quinq; viginti fiũt omnes differẽtiæ. ¶Sed ſemp deinceps enumeratis, & ſecũdis quidẽ vna differentia deficientibꝰ (propterea quoniã iam ſumpta eſt) tertijs vero duabus, quartis vero tribus, quintis vero quatuor: decẽ oẽs fiũt, quatuor, tres, duę, vna. genus enim quo differt à differẽtia & ſpecie, & proprio, & accidente dictum eſt, quatuor igitur differentiæ. Differẽtia vero quo differat à genere dictum eſt, quando quo differt

genus ab ea dicebatur. reliquũ eſt igitur quo differat differentia à ſpecie, proprio, & accidente dicatur:& fiunt tres.rurſus ſpecies quo quidem differat à differentia dictum eſt,quã do quo differt à ſpecie differẽtia dicebatur. quo etiam differat ſpecies à genere dictũ eſt, quãdo quo differt genus à ſpecie dicebatur. reliquum eſt igitur vt quo differat ſpecies à proprio & accidente dicatur.duæ igitur ſunt hæ differentię.Proprium autem quo differat ab accidente relinquetur,nam quo à ſpecie& differentia & genere differat prædictum eſt, in illorum ad ipſum differentijs.Quatuor igi tur ſumptis generis ad alia differẽtijs,tribus vero differentiæ, duabus autem ſpeciei, vna vero proprij ad accidens, decẽ erunt omnes: quarum quatuor quę ſunt generis ad reliqua ſuperius demonſtrauim⁹. ¶*Satis perſpicue & dilucide patefacit genus ab alijs quatuor prædicabilibus diſſidere. & cum unumquodque ſimili lege à reliquis quatuor diſſidium habeat, & quinq; ſint huiuſmodi uoces, quater autem quinque, ſint uiginti,conſequio haud difficili ratiocinatur uiginti eſſe differentias. Quòd ſi generatim & ſummatim eas intelligere uelimus,decem duntaxat erunt differẽtiæ.* Nam *ut plane commonſtrat,genus quatuor differentijs diſtat à differentia, ſpecie, proprio & accidente. & differentia (ut deinceps fiat enumeratio) cũ abſcindat differentiã qua differt à genere,ſatis exploratã eo diſcrimine quo genus*

à differentia diſcrepat, diſiungetur tribus duntaxat à ſpecie proprio, & accidente differentijs. Et *cum nota ſit ſpeciei diſcrepantia à differentia eo ordine & intellectu quo diſſidebat differentia à ſpecie, ad poſteriora duo ultima, relinquet duas differentias, uideliæt ad proprium & accidens iã nouem efformatæ ſunt differentiæ.* Proprium *unicam relinquet differentiam ad accidens.* Nam *non obſcurum fuit neq; ignotum quónam diſſidio diſiungebatur proprium à ſpecie, tũ innotuit & ſatis detectũ fuit diſcrimẽ ſpeciei à ꝓprio.* Si *igitur diſperſas uarie quinq; uocũ differẽtias ad ſummã* & *capita redigamus, decem duntaxat differentiæ reperientur.*

Breuem *huiuſce diſſidij circunſpicito formulam.*

G.4. *differentijs diſiungitur*	*à* D.S.P.A.
D.4. *totidem differentijs diſtat*	*à* G.S.P.A.
S.4. *differentijs euariat*	*à* G.D.P.A.
P.4. *etiã differentijs diſcernitur*	*à* G.D.S.A.
A.4. *diſſidijs abducitur*	*à* G.D.S.P.

In. 10. *reductio.*

G.4. *d.*	*euariat*	*a* D.S.P.A.
D.3. *d.*	*diſtat*	*a* S.P.A.
S.2. *d.*	*abducitur*	*a*.P.A.
P.1. *d.*	*differt*	*ab* A.

¶Cõmune ergo differẽtię & ſpeciei eſt: ęqualiter participari, homine enim ęqualiter par-

ticipãt particulares homines, & rationali dif ferẽtia. ¶Cõmune vero eſt & ſemper adeſſe ijs quæ illis participant. ſemper enim Socrates rationalis eſt, & ſemper Socrates homo.

¶*Duas præſcribit cõmunitates differentiæ cũ ſpecie.* PRIMA. *Indiuidua ſubſtãtialia ex æquo participant differentia & ſpecie. nam differẽtia, cuius hic meminit* Porphy. *eſt ſubſtantialis, nihil intentionis nihilque remiſſionis admittens. homines æqualiter ſunt rationales, ſecundum ſubſtantiam rationalem, ut inquit* Ammonius, *non autem ſecundũ aptitudinem animæ & propenſionem ad capeſſendas diſciplinas: & æqualiter ſunt homines, licet nõnulli magis ab humanitate degenerent quàm alij.* ¶SECUNDA. *Vti differentia ſubſtantialis ſemper adeſt ijs quæ ab ipſa participant, ita & ſpecies. ſemp enim* Socrates *eſt rationalis & ſemper eſt homo, licet non ſemper ſit. In prædicationibus eſſentialibus ipſum eſt, non tam dicit tempus quàm aptitudinem extremis accommodam.* Boëtius *differens de hac ambiguitate inquit, differentiæ ſpecies & propria non dicuntur ſemper ineſſe quòd ſemper habeantur, ſed quòd ſemper naturaliter haberi poſſunt.*

¶Proprium autẽ differẽtiæ quidem eſt in eo quod quale eſt prædicari: ſpeciei vero in eo quod quid eſt. nã etſi homo velut quale quid accipiat: non tamẽ ſimpliciter erit quale, ſed ſecũdum id quod generi aduenıẽtes differẽtiæ eũ conſtituerunt. ¶Amplius. Differentia quidem in pluribus ſæpe ſpeciebus cõſidera-

tur:quemadmodũ quadrupes in pluribꝰ animalibus ſpecie differẽtibꝰ: ſpecies vero in ſolis ijs q̃ ſub ſpecie ſunt, indiuiduis eſt. ¶Amplius. Differẽtia prior eſt ea ſpecie quę eſt ſecũdũ ipſam, ſimul enim ablatũ rationale interimit hominẽ: homo vero interemptus, nõ aufert rationale, cũ ſit deꝰ. ¶Amplius. Differentia quidẽ componitur cũ alia differentia (rationale enim & mortale cõpoſitum eſt in ſubſtantia hominis) ſpecies vero ſpeciei non cõponitur, vt gignat aliã aliquã ſpeciẽ. Quædam enim equa cuidã aſino permiſcetur ad muli generationẽ: equa autẽ ſimpliciter aſino compoſita, nunquam perficeret mulum.

¶Quadrifariã differentia à ſpecie diſiũgitur. Primo. Differentia in quale prædicatur, ſpecies uero in quid, & licet ſpecies uelut quale quid accipiatur. nam homo eſt rationalis, rationale autem eſt qualitas, ſed non ſimpliciter, ut cõmentatur Boëtius, ſed illa qualitas ꝑ differẽtia accipitur, quæ generi adueniens ſpeciem conſtituit: & de qualitate ſubſtantiali facta eſt ſubſtantialis, & ſpecifica differentia. iſta igitur talis qualitas differẽtia nominatur: & ea in eo quod quale ſit ad hominẽ prædicatur. hæc ille. Ammonius aliter ratiocinatur: ſi quis quærat, quid ſocrates? reſpõdebitur, animal: & rurſꝰ, quale animal? dicetur homo. quare homo quodã modo pro quali accipitur, ſed non ſimpliciter, ſed quatenus eſt particeps differentiæ. ¶Secũdo. Differentia ꝓdicatur de pluribus ſpeciebus, ut quadrupes loco

ticipāt particulares homines, & rationali dif ferētia. ¶Cōmune vero eſt & ſemper adeſſe ijs quæ illis participant. ſemper enim Socra- tes rationalis eſt, & ſemper Socrates homo.

¶*Duas præſcribit cōmunitates differentiæ cū ſpe- cie. prima. Indiuidua ſubſtātialia ex æquo partici- pant differentia & ſpecie. nam differētia, cuius hic meminit Porphy. eſt ſubſtantialis, nihil intentionis nihilque remiſſionis admittens. homines æquali- ter ſunt rationales, ſecundum ſubſtantiam rationa lem, ut inquit Ammonius, non autem ſecundū apti- tudinem animæ & propenſionem ad capeſſendas diſciplinas: & æqualiter ſunt homines, licet nōnul li magis ab humanitate degenerent quàm alij.* ¶*Se cunda. Vti differentia ſubſtantialis ſemper adeſt ijs quæ ab ipſa participant, ita & ſpecies. ſemp enim Socrates eſt rationalis & ſemper eſt homo, licet non ſemper ſit. In prædicationibus eſſentialibus ipſum eſt, non tam dicit tempus quàm aptitudinem ex- tremis accommodam. Boëtius diſſerens de hac am- biguitate inquit, differentiæ ſpecies & propria non dicuntur ſemper ineſſe quòd ſemper habeantur, ſed quòd ſemper naturaliter haberi poſſunt.*

¶Proprium autē differētiæ quidem eſt in eo quod quale eſt prædicari: ſpeciei vero in eo quod quid eſt. nā etſi homo velut quale quid accipiat: non tamē ſimpliciter erit quale, ſed ſecūdum id quod generi adueniētes differē- tiæ eū conſtituerunt. ¶Amplius. Differentia quidem in pluribus ſæpe ſpeciebus cōſidera-

tur:quemadmodũ quadrupes in plurib⁹ animalibus ſpecie differẽtib⁹: ſpecies vero in ſolis ijs q̃ ſub ſpecie ſunt, indiuiduis eſt. ¶Amplius. Differẽtia prior eſt ea ſpecie quę eſt ſecũdũ ipſam, ſimul enim ablatũ rationale interimit hominẽ: homo vero interemptus, nõ aufert rationale, cũ ſit de⁹. ¶Amplius. Differentia quidẽ componitur cũ alia differentia (rationale enim & mortale cõpoſitum eſt in ſubſtantia hominis) ſpecies vero ſpeciei non cõponitur, vt gignat aliã aliquã ſpeciẽ. Quædam enim equa cuidã aſino permiſcetur ad muli generationẽ: equa autẽ ſimpliciter aſino compoſita, nunquam perficeret mulum.

¶Quadrifariã differentia à ſpecie diſiũgitur. Primo. Differentia in quale prædicatur, ſpecies uero in quid, & licet ſpecies uelut quale quid accipiatur. nam homo eſt rationalis, rationale autem eſt qualitas, ſed non ſimpliciter, ut cõmentatur Boëtius, ſed illa qualitas ꝑ differẽtia accipitur, quæ generi adueniens ſpeciem conſtituit: & de qualitate ſubſtantiali facta eſt ſubſtantialis, & ſpecifica differentia. iſta igitur talis qualitas differẽtia nominatur: & ea in eo quod quale ſit ad hominẽ prædicatur. hæc ille. Ammonius aliter ratiocinatur: ſi quis quærat, quid socrates? reſpõdebitur, animal: & rurſ⁹, quale animal? dicetur homo. quare homo quodã modo pro quali accipitur, ſed non ſimpliciter, ſed quatenus eſt particeps differentiæ. ¶Secũdo. Differentia ꝓdicatur de pluribus ſpeciebus, ut quadrupes loco

differentiæ ſubſtantialis receptum, pluribus ineſt animalis ſpeciebus, ſpecies uero ima duntaxat de indiuiduis prædicatur. ❡Tertio. *Differẽtia prior eſt ſpecie ſibi ſubſtrata, nam interempta differentia, interimitur ſpecies, at ſpecie interẽpta non eſt neceſſe differentiam interimi: & rationali differentia id comprobat, ſi non eſt rationale, nec homo eſt: ſi tamen homo non ſit, rationale in deo reponetur. hoc pias & uere chriſtianas aures offendit, ideo deuita hanc ſurdam aſpidem. eſto quòd* Deus *ſit ſumma ratio, non tamen eſt rationalis, ſumendo rationale pro animali rationali, quia eſt ſimpliciſſima ſubſtantia. ſed uerum exemplum dabis de bipede, aut de mortali.* ❡Quarto. *Differentia differentiæ connexa ſpeciẽ conſtituit, ut rationale mortali iunctum hominem conſtituit: at ſpecies ſpeciei iungi non poteſt, neq; aſſociari ut quandam aliam progignat ſpciem. licet enim duo diuerſarum ſpecierum indiuidua, ad unius alterius ſpeciei componendum indiuiduum coaleſcant, ut quædam equacuidam aſino permiſcetur ad muli generationem, duæ tamen ſpecies diuerſæ non poſſunt ad quandam nouam ſpeciem progignendam coaleſcere. nihil enim ſpecies generat. etiam differentiæ oppoſitæ & contrariæ nullum ſibi commercium habẽt ad unam ſpeciem conſtituendam. ſcribit* Ariſto. *lib. 6. de hiſtoria animaliũ, capite 36. in* Syria *quoſdam eſſe mulo genus diuerſum ab eo quod coitu equæ & aſini procreatur. ſed ſimile facie, quomodo aſini ſyluestres ſimilitudine quadam nomen urbano-*

rum accepere: & quidem ut aſini illi feri, ſic muli præſtant celeritate. Aſtipulatur Porphyrio Diuus *Auguſtinus lib.* 15. *de ciuitate dei, cap.* 27. *dicens parentes mulorum eſſe equinum atq; aſininũ genus.* Et *Ariſtoteles & Auguſtinus utitur communi nomine loco ſingularis.* ¶Differentia vero & proprium cõmune quidem habent, ęqualiter participari ab ijs quę illis participãt. Aequaliter enim rationalia, rationalia ſunt, & riſibilia, riſibilia ſunt. ¶Et ſemper & omni adeſſe commune vtriſq; eſt. Etſi enim curtetur qui bipes eſt: tamẽ ad id quod natum eſt ſemper, dicitur: quoniã & riſibile in eo quod natum eſt ſemper, dicitur: ſed nõ in eo quòd ſemper rideat. ¶*Duas aſſignat differentiæ cum proprio conuenientias.* Prima. *Quæ differentia participant ſiue conueniunt, æqualiter participant: & quæ à proprio participationem ſibi uendicant, ex æquo ab ipſo proprio participant.* Ex *æquo omnes homines ſunt rationales, & ex æquo riſibiles, hæc paſſio à forma ſubſtantiali defluit, ut nonnulli uolunt, quare æquã ſui omnibus hominibus participationẽ impartitur.* ¶Secunda. *Differẽtia ſubſtantialis & maxime propriũ, & ſemp & omnibus inſunt, quibus differentiæ ſunt & propria, omnis enim homo & ſemp eſt rationalis, & omnis homo & ſemp eſt riſibilis, q̃uis non ſemper exhilareſcat riſu.* Porphy. *hãc ſumit differentiã bipes, omnis quippe homo eſt bipes & ſemp, q̃uis nutilus ſit pedibus & obtruncatus, nam ſuapte natura natus eſt duobus incæ-*

dere pedib⁹. ¶Propriũ quidẽ differẽtię eſt, quo niã hæc quidẽ de pluribꝰ ſpeciebꝰ dicitur ſæpe, vt rõnale de deo, & homine: ꝓpriũ vero dicitur de vna ſola ſpecie, cuiꝰ eſt ꝓpriũ. ¶Et differẽtia quidẽ illis eſt conſequẽs, quorũ eſt differẽtia, ſed nõ cõuertitur: propria vero cõuerſim prędicãtur de ijs quorũ ſũt ꝓpria, ꝓpter id ꝙ cõuertũtur. ¶*Duabus diſſidẽt differẽtijs differẽtia & ꝓpriũ. Prima, Nata eſt differẽtia ſæpe de pluribꝰ p̃dicari ſpeciebus, & rariſſime de una dũtaxat, niſi illa ſit infima, ut mortale prædicatur de hoĩe & equo, ꝓpriũ uero de unica p̃dicatur ſpecie, ut riſibile dũtaxat de hoĩe: nõ ꝙ de indiuiduis prædicari nequeat, ſed ꝙ præter hãc nullã habeat ſpeciẽ de qua p̃dicari poſſit.* ¶*Secũda. Differentia conſectatur, id cuius eſt differentia, ſed cõuerſim nõ prædicatur, ut mortale conſequio quodã ex hoĩe colligitur: ſi enim homo eſt, & mortale eſt, ſed nõ dicitur cõuerſim de homine. at propriũ non ſolũ cõſequitur ſpeciem cuius eſt proprium, ſed conuerſim dicitur de homine: ut ſatis notũ euadit.* ¶Differentiæ autẽ & accidenti cõmune quidem eſt, de pluribus dici. ¶Cõmune vero eſt & ad ea quæ ſunt inſeparabilia accidentia, ſemper, & omni adeſſe. bipes enim ſemper adeſt omni homini: & omnibus coruis nigrum eſſe ſimiliter. ¶*Duæ ſunt differentiæ cũ ipſo accidente cõmuniones. Prima. Vti differẽtia dicitur de pluribꝰ ita & accidens, non quidem proprie dictũ, ſed communiter, ut aliubi uiſum eſt.* ¶*Secũda. Vti differentia*

omni ineſt & ſemp̄ cuius eſt differentia,ita accidēs ſaltem inſeparabile ſemp̄ & omni adeſt.omnis enim coruus eſt niger & ſemper:etſi deplumeſceret,ſem per tamen ſua natura natus eſt affici nigredine.

¶Differūt autē,quoniā differentia quidē cōtinet ſpecies,& nō continetur(continet enim rationale deū & hominē)accidentia vero aliquo quidē modo cōtinēt,eo ꝙ in pluribꝰ ſint: aliquo vero modo cōtinētur.eo ꝙ nō vniꝰ accidētis ſuſceptibilia ſint ſubiecta, ſed pluriū. ¶Et differētia quidē inintēſibilis eſt, & irremiſſibilis:accidētia vero magis & minꝰ ſuſcipiūt. ¶Et impmixtę q̄dē ſūt cōtrarię differētię:mixta vero nōnūq̄ ſūt cōtraria accidētia. Huiuſmodi quidē cōmuniones & ꝓprietates differētiæ & cæterorū ſunt.Species vero quo quidē differt à genere & differētia,dictū eſt: in eo quod dicebamꝰ quo genꝰ differt à cæteris,& quo differētia differt à cæteris.reliquū eſt quo differt à ꝓprio & accidēte,vt dicat.

¶Triplici diſſidio diſterminatur differentia ab accidēte.Nā differētia continet ſpecies & continetur. Quæcunq;(inquit Boëtius)prædicantur ſubſtātialiter de aliquibus,illa continent & ab illis non continētur:atqui differentia prædicatur ſubſtātialiter de ſpeciebus,idcirco continet ſpecies & non continetur.Accidens licet quodā modo cōtineat,nā prædicatur de pluribus,quia tamē nō dicitur ſubſtātialiter de ſubiectis,idcirco non cōtinet,neq; ꝓpriè, ut uniuerſale dicitur de ſubiectis. Porphy. ſe explicat,

quia ſubiectũ accidentis nõ unius dũtaxat accidentis eſt ſuſceptiuũ,ſed pluriũ,idcirco à ſubiecto continetur.homo poteſt calore,frigore, inuidia, odio,& infinitis penè accidentibus affici.Secũdo. Differẽtia non ſuſcipit intenſionem neq; remiſſionem. Accidẽs uero intenditur,& remittitur, aut ſubiectum cui accidens ineſt , accidentis conditione & natura intenditur & remittitur.Tertio.Contrariæ differentiæ cõmiſceri nequeũt,ex quarum mixtura quidpiam fiat : at accidentia contraria permiſceri poſſunt,ut album & nigrum,ex quorũ mixtura enaſcitur color medius:coaleſcit etiam ex calido & frigido temperatis,tepor. ¶Speciei autem & proprij commune quidem eſt,adinuicem cõuerſim prędicari:nam ſi homo eſt,riſibile eſt:& ſi riſibile eſt,homo eſt.riſibile vero quoniam ſecundum id quod natum eſt ridere ſumendum:ſæpe iam dictum eſt. ¶Cõmune autem eſt æqualiter eſſe,æqualiter enim aſſunt ſpecies ijs quæ illis participãt,& propria ijs quorum ſunt propria. ¶*Mutuo recurrunt cõſequio, conuerſimque prædicantur ſpecies & proprium. nam ſi homo eſt, & riſibile eſt:& ſi riſibile eſt,homo eſt. Aliter conſpirant & conſentiunt . Species & proprium ex æquo accommodantur ijs quorum ſunt ſpecies & propria.Socrates enim & Plato ex æquo ſunt homines & riſibiles.* ¶Differt autem ſpecies à proprio , quoniam ſpecies quidem poteſt & aliorũ genus eſſe:proprium vero & aliarũ ſpecierũ eſſe propriũ impoſſibile eſt,

¶Et ſpecies quidem ante ſubſiſtit q̃ propriũ: propriũ vero poſt fit in ſpecie. Oportet enim hominem eſſe, vt ſit riſibile. ¶Amplius. Species quidem ſemper actu adeſt ſubiecto: propriũ vero aliquando, & poteſtate. homo enim ſemper actu eſt Socrates: nõ vero ſemper ridet, quamuis natus ſit ſemper vt ſit riſibilis. ¶Amplius. Quorũ termini ſunt differentes: & ipſa ſunt differentia. Eſt autem ſpeciei quidem ſub genere eſſe: & de pluribus & differẽtibus numero in eo quod quid eſt prædicari, & cætera huiuſmodi, proprij vero & ſoli, & omni, & ſemper adeſſe. ¶*Quatuor differentijs ſpecies diſſidet à proprio. Prima. Species non ita ſpecies eſt quin poſſit eſſe genus, agit de ſpecie media & non infima, ut ſuo in loco abunde explicatum eſt. Proprium uero aliarum ſpecierum nequit eſſe proprium, alioqui cum ſua ſpecie non recurreret. Secunda. Prius ſpecies ſubſiſtit quàm proprium, non quidem prius tempore, ſed intellectu, nam eſt ſubiectum proprij. Oportet enim hominem natura prius intelligere, quàm natiuam ad ridendum propenſionem. Tertia. Species ſemper actu eſt, & in iugi & continuo opere ſubiecti. ſemper enim Socrates eſt homo ſiue riſu geſtiat, ſiue perturbetur. At proprium non ſemper actu eſt, dico ſanè actu, continuo opere. Ne garrulus obſtrepat ſophiſta, quòd quocũque tempore ſit riſibile homini adiunctum, ſed quandoque actu, & poteſtate: non enim homo ſemper ridet, licet ſemper idoneam ha-*

beat dexteritatem ad ridendum. Quarta. Quorum termini ſiue definitiones euariant, & diſcrepant, & ipſa quorum ſunt termini diſcrepant: atqui definitiones ſpeciei & proprij euariant: igitur ſpecies & proprium euariant. minorem ſuadet Porphy. ſpecies prædicatur de differentibus numero in eo quod quid. Propriũ ſoli omni & ſemper adeſt. neq; agit de proprio adulterino & ſuppoſititio, ſed uero & legitimo, quod proprium quarto dicitur.

¶Speciei vero & accidẽtis cõmune quidem eſt de pluribꝰ prædicari. Raræ vero ſunt aliæ communitates: propterea quòd quampluri- mum diſtant abinuicem accidẽs, & id cui ac- cidit. ¶*Vnam duntaxat aſſignat ſpeciei & accidentis conuenientiam, eo quòd rariſſimæ ſunt communiones accidentis & eius cui ineſt accidẽs: maxime enim differunt ſubiectum & accidens. Hanc tamen habent conuenientiam ſpecies & accidens, quòd prædicentur de pluribus.* ¶Propria vero ſunt vtriuſque, ſpeciei quidẽ in eo quod quid eſt prædicari de ijs quorum eſt ſpecies: acci- dentis autem in eo quod quale quiddam eſt, vel quo modo ſe habens eſt. ¶Et vnamquãq; ſubſtantiam vna quidem ſpecie participare: pluribus autem accidẽtibus & ſeparabilibus & inſeparabilibus. ¶Et ſpecies quidem præin- telliguntur accidentibus, etſi etiã ſint inſepa rabilia (oportet enim eſſe ſubiectũ, vt illi ali- quid accidat) accidentia vero poſterioris ge- neris ſunt, & aduentitiæ naturæ. ¶Et ſpeciei

quidem participatio æqualiter eſt:accidentis vero,etſi inſeparabile ſit, non æqualiter. Aethiops enī Aethiope habebit colorē vel intē ſum amplius,vel remiſſum ſecundū nigredinem.reſtat autē de proprio & accidente dicere.quo enim propriū à ſpecie,& differentia, & genere differt,dictū eſt. ¶*Quadruplici diſſidio differunt ſpecies & accidens.Primo.ſpecies ꝑdicatur in quid de pluribus, Accidens in quale uel quomodo ſe habet. Secundo. Vnaquæq; ſubſtantia (agēdo potiſſimū de ſenſili) una participat ſpecie, nō tamē unico accidēte,ſed pluribus.poteſt enim Socrates dici Caluus,Simus,Patiēs,Philoſophiæ amantiſſimus.Tertio.Species prius ab intellectu efformātur q̄ accidētia,quis enim unq̄ ſapientiā intellexit homini cōpetere,ipſo hoīe haudquaq̄ ꝑcognito?Non enim ſeorſim exiſtunt accidētia,ſed ſubſtātijs innitūtur. adueniūt enim accidētia,& non abs re tale nomen ſibi aſciſcunt.accidētia ſanè dicuntur ꝙ accidant,& quedā modū accidentariū ſuis miniſtrent ſubiectis.Quarto. ſpecies æquā ſui participationē ſuis impendūt indiuiduis,ut ſæpiculè dictū eſt:non autem accidētia.poteſt enim unus homo pluſquam alius nigreſcere, aut ſuffundi rubore.* ¶Cōmune autem proprio & inſeparabili accidēti eſt: ꝙ præter ea nunquam conſiſtant illa in quibus cōſiderātur. Queēadmodū enim præter riſibile nō ſubſiſtit homo:ita nec prꝑter nigredinē ſubſiſtit Aethiops. ¶Et queēadmodū ſemp,& omni adeſt ꝓpriū:ſic & inſeparabile accidēs.

¶Bifariam conſentiunt proprium & accidens inſeparabile. Primo, quòd ea in quibus ſubſiſtunt ſine ipſis non poſſunt re ipſa ſubſiſtere. non enim Socrates eſt riſibilitate deſtitutus, nec uere coruus ſine nigredine. Secundo. Quemadmodum proprium ſemper & omni adeſt, ſic accidens inſeparabile, ſemper enim coruus eſt niger, & omnis coruus eſt niger. ¶Differunt autem, quoniam proprium vni ſoli ſpeciei adeſt, quemadmodum riſibile homini: inſeparabile vero accidens, vt nigrũ nõ ſolum Aethiopi, ſed etiam coruo adeſt & carboni, & hebeno, & quibuſdam alijs. ¶Amplius. Proprium conuerſim prędicatur de eo cuius eſt proprium, & ęqualiter: inſeparabile vero accidens conuerſim nõ prædicatur. ¶Et propriorum quidem ęqualis eſt participatio, accidentium vero vel magis, vel minus. Sunt quidem alię communitates, vel proprietates eorum quæ dicta ſunt, ſed ſufficiunt etiã hæc ad diſcretionem eorum communitatíſq; traditionem. *¶Triplici diſcerniculo diſiungitur proprium ab accidente. Primo. Proprium uni duntaxat ſpeciei ineſt, ut riſibile ſoli homini. Accidens etiam inſeparabile ut nigrum, non ſolum ineſt uni ſpeciei, ſed pluribus, ineſt enim Aethiopi, coruo, & hebeno. Eſt autem hebenus arbor quæ in India naſcitur, cuius lignum nimio ſui nigrore reſplendens, oculis pergratum eſſe perhibetur, ſuíſque regibus huius ligni tributum Perſæ pendere ſolent. Secundo. Ea eſt proprij uis & conditio, ut ex æquo &*

conuerſim prædicatur de eo cuius eſt proprium, nō autem accidens, tametſi fuerit inſeparabile. Tertio. *Aequa eſt proprij participatio, non autem accidē-tis.* Plures *ſi diſquiſitius penſicularentur, inueniri poſſent conuenientiæ quinq; uocum & diſconuenientiæ, ſed eæ pro introductoria formula ſufficiunt.*

¶ *Introductionis quinque uocum* Porphyrij, & *Scholiorum* Ioannis Arborei Laudunenſis *ad eaſdem commentandas æditorum,* Finis.

ΛΟΔΟΥΙΚΟΥ ΒΑΣΙΛΙΚΟΥ κονσταντιναίου εἰς ἔπαινομ Ιωάννου Αρβορέου σοφωτάτου ἀνδρὸς ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Ηυτε μελισσάωμ ὅτε ἔθνεα πολλὰ ποτῶνται,
Ωρῃ ἐμ εἰαρινῇ ἄνθεα καλὰ πέρι:
Εμ πεδίοις ὄχα τε λειμῶσιμ ἄριστα λάβουσι,
Ως ποιεῖμ γλυκεροὺς τοῦ μέλιτος σχαδόνας.
Ως κλυτὸς Αρβόρεος, καὶ θαυμάσιος περὶ πάντωμ,
Οπτόμενος μεγάλωμ βίβλια πολλὰ σοφῶμ.
Υμῖμ ταῦτα νέοι ἀγαθοὶ συγγράμματα τεύχε
Ανδρασιμ ἐκ κείνοις κρήγυα πάντα λαβώμ.
Οἷς ἀκριβῶς σοφίημ περικαλλέα ἔξετε γνῶναι
Εσθλὰ καὶ δαιμονίου δόγματ᾽ Αριστοτέλους.
Ωστε φίλοι, δέομαι, μάλα ἄγλαα δῶρα δέχεσθε,
Λαμπρὸς ἃ νῦμ ὑμῖμ Αρβόρεος παρέχει.
ἔῤῥωσθε.

LVDOVICI REGII CONSTANtienſis in laudem Ioannis Arborei præceptoris ſui, Epigramma.

Cælicolas quondam iuſſit Saturnius omnes
Ad ſeſe omnipotens ipſe uenire deos.
Accælerant iuſſi confeſtim præpete greſſu:
Illis ulla equidem non mora tarda fuit.
Cæperunt poſtquam gemmata ſedilia: magni
Rex cæli ſummus talia uerba dedit:
Quemq; uolo ueſtrum propriæ ſibi ſumere curam
Arboris, aſt quercus nunc mihi prima placet.
Legerunt igitur: tunc Phœbo Delphica laurus
Accæpta eſt: myrtus ſic Veneri uiridis:
Populus Alcidæ: Neptuno pinus: Iaccho
Vitis: oliua fuit Palladi grata deæ.
Quiſq; ſuæ dotes igitur conceſſit honeſtas:
Propria quiſq; ſuæ munera larga dedit.
Mercurius tandem Maia genitrice creatus,
Hæc blando fundens ore diſertus ait:
Dicite cælicolæ, uos quæſo dicite: cuius
Arbor erit, quam nunc terra Picarda nutrit?
Dicite florentem quare contemnitis illam?
Num ueſtro digna eſt optima præſidio?
Iuppiter at contra: Nequaq̄ ſpernimus illam:
Haud quoque præſidio deſtituenda uenit.
Non dotes deerunt, non ſplendida munera deerunt.
Arboribus reliquis auferet omne decus.
Ac quod quiſque ſibi conceſſit munus amatæ:
Hoc Deus, hoc iſti conferet atq; dabit.

Vnius ipſa dei nec erit quoq; propria: uerùm
Communis iuuenum, nobiliúmq; ſenum.
His omni fundet maturos tempore fructus.
Fertilis his omni tempore poma dabit.
Inſcitiam poterunt quibus à ſe pellere turpem:
Diſcendíque ſitim rite ſedare ſuam.
Ramos extendet patulos: ſemper'q; uireſcet.
Torrida non æſtas, nulla nocebit hyems.
Non hanc horriferi poterunt inuadere uenti,
Fulmina nec poterunt ulla nocere mea.
Sic ait. & dicto citius donata decoro
Cunctorum emicuit munere clara deùm.
Et ſubito fructus arbor produxit abunde:
Quos dat nunc uobis fertilis ipſa bonos.
Ergo pij iuuenes diſcendi uera cupido
Quos capit: huc ueniant nocte dieq; decet.
Scilicet hæc patulis confeſtim frondibus omnes
Excipiet blandè nos per amœna ſuis.
Colligite en fructus diligenter: queis nihil uſquam
Et melius dici nobiliúſque poteſt.
Vſum præclarum ſi quorum noſcere uultis:
Mentibus infirmis Pharmaca uera ferunt.
Ex animis pellunt obſcura ſophiſmata: promptos
Ad ſophiæ reddunt dogmata cuncta ſacræ.
O arbor fœlix: ò fructus congruus iſte:
Qui dare nunc uobis commoda tanta poteſt.
Quare agite ò iuuenes dederit ne tot bona fruſtra,
Hos & nunc fructus arbor amœna ſuos.

τέλος.

Aliud in laudem eiuſdem.

Debemus nimium politiori huic
Aetati:dederit quòd eleganti
Doctrina Arboreum σοφῶν cœlebrem,
Augentem numerum diſertiorum,
Vita,moribus,eruditione,
Doctis,frugiferis libris,uenuſtis.
Quos & ſecula,poſteri & probare:
Quos nulli iuuenes diu tacere
Poſſint,qui ingenuum dabunt labórem
Diſcendæ ſophiæ.uiden',magiſtri hos
Docti ut diſcipulis legunt:ut omnes
Hos nunc in manibus tenent,habéntque,
Doctorum & uolitant uirum per ora.

PARISIIS EXCVDEBAT SI-
mon Colinæus, Anno Domini M. D.
X L I I I. *Menſe Ianuario.*